













H Wuttke
1873

PROCLUS

No. 1047 in Gardner
"Bibliotheca Astrologica"

Ex Officina Elzeviriar
clↄ Iↄc xxxv.



ΠΡΟΚΛΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΔΟΧΟΥ
ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ
Τετράβιβλον.

PROCLI DIADOCHI
PARAPHRASIS
IN PTOLEMÆI LIBROS IV.
De Siderum effectionibus,

A

LEONE ALLATIO

è Græco in Latinum conversa.



LVGD. BATAVORVM,
Ex Officinâ Elzeviriar
CIↃ IↃC XXXV.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



AD LECTOREM
PRÆFATIO.



Earum esse partium duxi, Lector benevole, ut paucis de editione hujus opusculi instruereris. quod cum Græce tantum hactenus exstiterit, nunc, Latio donatum sermone, omnium curiositati patet. Interpretatus est, ante annos haud ita multos, Procli hanc paraphrasin in Ptolemæi τετράβιβλον σύνταξιν Leo Allatius, natione Græcus, litteris suæ gentis Latinisque egregie imbutus, tum aliis insuper in utraque litteratura scriptis à se editis clarus. Vivit is, ut intellexi, Romæ in familia Cardinalis Bisciæ, & Bibliothecæ Vaticanæ aliquam quoque curam gerit. Sumpserat autem hunc laborem privatim sibi, & amicis quibusdam. verum, quod sæpe alias contigit, hujuscemodi scripta ubi semel ex autoris elapsa sunt manibus, pariter ex ejusdem potestate exiisse deprehenduntur. Hinc adeo evenit ut, relicta Roma, fœtus hic Venetias pervenerit, atque inde à viro summo, & in illustri posito dignitate, ad me excudendi gratia fuerit transmissus. Ptolemæi & Procli clarissima inter Mathematicos & Philosophos nomina, præter ipsam, de qua agit, materiam, satis hoc opus commendare mihi videbantur, quo typis mandaretur. Proinde non destiti Elzevirios nostros, optimos accuratissimosque Typographos, pro ea quæ mihi cum illis intercedit notitia, serio ad ejus editionem sollicitare. qui, ut publici litterarum boni amantes sunt, hac, quam vides, forma id excudi curarunt.

Diſces hinc, curioſe Lector, quantam vim in aëre rebuſq; naſcentibus ſydera habeant. non enim ſtellas & luculenta illa cœli corpora otioſa eſſe exiſtimare debemus. Neque tamen univerſa hic traditur aſtrorum ſcientia, ſed altera tantummodo ejus pars, quæ Græcis ἀποτελεσματικὴ & προγνωστικὴ dicitur. quæ quamdiu intra certos ſe continet terminos, tum jucunda, tum utilis eſt, ac Phyſices quædam pars cenſetur. Sin autem ea cœlo ſubjiciat, quæ inde non pendent, eaque ex aſtris prævidere nos velit, quæ in noſtrorum ingeniorum non cadunt imbecillitatem, utique ματαιοτεχνίας merito incurrit reprehenſionem. quemadmodum eruditè id pluribus libris magnus ille Picus Mirandulanus demonſtravit. Hoc nomine Chaldæi, Genethliaci, & Planetarii per contemptum dicti, infames ſemper fuere. plus quippe ſe ſcire profitebantur, quam ſciebant, aut ſcire homini datum eſt. Ptolemæus etiam in hoc opere, dum ad Genethlialogiam ſe confert, minime vacat crimine ſuperſtitionis & vanitatis. ſed homini ethnico ignoſci fortaſſis queat: at Chriſti nomen profeſſos in vani hoc ſtudio, in quo nulla ſolida utilitas, omniſque puerilis delectatio eſt, abreptos fuiſſe, minime ferendũ. Obiter moneo, eſſe nonnullos qui dubitant, utrum Ptolemæi genuinum hoc ſcriptum ſit. Porphyrio certe & Proclo, Philoſophis quidem, ſed religionis Chriſtianæ hoſtibus, dignum viſum cui lucem aliquam affunderent commentando. Tu, Amice Lector, excuſſo credulitatis errore, cum judicio hæc lege. Nervus enim ſapientiæ, non temere credere. Vale.

INDEX

INDEX CAPITVM

LIBRI I.

LIBRI II.

Index Capitum.

LIBRI III.

LIBRI IV.

ΠΡΟ

ΠΡΟΚΛΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΔΟΧΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ Τετράβιβλον.

PROCLI DIADOCHI PARAPHRASIS IN PTOLEMÆI LIBROS IV. De Siderum effectionibus,

LIBER PRIMUS.

Κεφ. α'. Προοίμιον.

ΤΩ͂Ν παρασκευαζόντων τὸ προγνωστικὸν τέλος, τὸ διὰ τῆς ἀστρονομίας, δύο ὑπαρχόντων, ὦ Σύρε, ἑνὸς μὲν, ὅπερ ἐστὶ πρῶτον καὶ τῇ τάξει, καὶ τῇ δυνάμει, δι' οὗ καταλαμβανόμεθα τοὺς σχηματισμοὺς ☉ καὶ ☾ καὶ τῶν ἀστέρων, καθ' ὡς πρός τε ἀλλήλους καὶ τὴν γῆν συσχηματίζονται· δευτέρου δὲ ὄντος, καθ' ὃ τὰς μεταβολὰς ἐπισκεπτόμεθα τῶν περιεχομένων, ἃς ποιοῦσιν οἱ συσχηματισμοὶ διὰ τῆς φυσικῆς αὐτῶν

Cap. I. Prooemium.

CUM duo sint, Syre, quæ ad futurorum præsagitionem, eam scilicet quam syderum scientia consequi possumus, animum præparant, unum, primum ordine, & facultate, quo Solis, & Lunæ, & reliquorum astrorum aspectus, quibus se mutuo, & terram spectantes, variè configurantur, deprehendimus: alterum, quo eorum, quæ illis ambiuntur, mutationes à figurationibus illis naturali quadam vi, atque proprietate productas

ductas conſideramus. De primo quidem, quantũ fieri potuit, & per vires licuit, in magna Conſtructione prolatis demõſtrationibus diſſeruimus. Eſt quippe illud per ſe ſolum etiam à ſecundo ſejunctum neceſſarium. Nunc vero de ſecundo non ita per ſe perfecto, neque abſoluto, veritati ſtudentes, & ut munus, officiumque Philoſophiæ expoſcit, ſermonem inſtituemus; non ita tamen, ut ad certam aliquam normam, primique, nec unquam fallentis comprehenſionem, & abſolutam perfectionẽ rem conferamus, (imbecilla enim eſt, & conjecturæ arduæ, ac difficilis contentorum qualitas, quæ materiæ complicatur) &, uti fieri poteſt plurimorum eventuum, ac univerſaliorum, quæ manifeſtã ſui ab ambiente cauſam habent, conſiderationem negligamus. Cum vero plerique, quod comprehenſu difficile eſt, incuſent, duarum, quas ſupra memoravimus, perceptionum, qui primam vituperant, næ illi oculis plumbeis plane ſunt; qui ſecundam juſtæ cauſæ

ἰδιοτροπίας· περὶ μὲν πρώτου, ὡς ἦν μάλιστα δυνατὸν, ἐν τῇ συντάξει ἀποδεικτικῶς εἴρηται. Ἔστι γὰρ τοῦτο καὶ χωρὶς τῆς ἐπιζεύξεως τοῦ δευτέρου ἀναγκαῖον, καὶ καθ' ἑαυτὸ ἰδίως. Νῦν δὲ περὶ τοῦ δευτέρου, καὶ μὴ ὁμοίως τελείου καθ' ἑαυτὸ, ποιησόμεθα τὸν λόγον, φιλαλήθως τε ὡς ἁρμόζει τῇ φιλοσοφίᾳ, οὔτε πρὸς τὸ βέβαιον καὶ τὴν τοῦ πρώτου κατάληψιν, καὶ ἔχοντος ἀεὶ ὡσαύτως, τοῦτο παραβάλλοντες (ἀσθενὴς γάρ ἐστι καὶ δυσείκαστος ἡ ὑλικὴ τῶν περιεχομένων ποιότης) οὔτε καθ' ὅσον ἐνδέχεται, ὀκνοῦντες πρὸς τὴν ἐπίσκεψιν τῶν πλείστων συμπτωμάτων καὶ καθολικωτέρων, φανερὰν οὕτως ἐχόντων τὴν ἐκ τοῦ περιέχοντος αἰτίαν. Ἐπεὶ δὲ πᾶν τὸ δυσκατάληπτον οἱ πολλοὶ διαβάλλουσιν, τούτων δὴ τῶν δύο καταλήψεων, οἱ μὲν τὴν προτέραν διαβάλλοντες, τυφλοὶ παντελῶς εἰσίν. οἱ δὲ τὴν δευτέραν, ἔχουσι πῶς ἀφορ-

ἀφορμήν. καὶ γὰρ ὅπερ τινὲς οὐκ ἐδυνήθησαν καταλαβεῖν, τοῦτο καὶ τελείως ὑπενόησαν ἀκατάληπτον. ἢ κ᾽ ἂν ἔγνωσάν τι πολλάκις, οὐκ ἐφύλαξαν δὲ τῇ μνήμῃ, διὰ τὸ δυσφύλακτον, καὶ τοῦτο ἄχρηστον ἐνόμισαν. Τούτων οὕτως ὄντων, πειράσομαι ἐπισκέψασθαι τὸ μέτρον ἑκάστου, τοῦτε δυνατοῦ, καὶ τοῦ χρησίμου τῆς τοιαύτης προγνώσεως, πρὶν εἰπεῖν τι περὶ τοῦ κατὰ μέρος διδασκαλίας.

Κεφ. β΄.

Ὅτι καταληπτὴ ἡ δι᾽ ἀστρονομίας γνῶσις, καὶ μέχρι τίνος.

Ὅτι μὲν ἐκ τῆς φύσεως τοῦ αἰθέρος δύναμίς τις διαδίδοται, καὶ διαβαίνει εἰς πᾶσαν τὴν περίγειον, φανερόν ἐστι πᾶσιν. τῶν μὲν πρώτων ὑπὸ τῶν στοιχείων, λέγω δὴ πυρὸς καὶ ἀέρος, περιεχομένων καὶ τρεπομένων ὑπὸ τῶν κινήσεων τοῦ αἰθέρος· αὐτῶν δὲ πάλιν περιεχόντων τὰ λοιπὰ πάντα, καὶ τῇ

aliquid habent. Nonnulli enim, quod ipsi assequi non potuerunt, nullo modo percipi posse æstimarunt. Vel, quod licet ipsi sæpius apprehenderint, memoria tamen, quia conservari difficile erat, non custodierint, illud tamquam inutile rejecerunt. Hæc cum ita se habeant, utriusq; rationem, quatenus scilicet possibilis sit, & utilis talis præcognitio, antequam ad particularia præcepta orationem convertam, pro modulo meo examinabo.

Cap. II.

Cognitionem aliquam esse ex Astris, & quousque ea cognitio se extendat.

Ab ætherea illa natura in universa, quæ circa terram sunt, vim quandam ea intimè penetrantem diffundi omnibus manifestum est. Primum quidẽ in contigua sibi elementa Lunæ subjecta, ignem, videlicet, & aërem, quæ ab æthere circumdantur, immutanturq; illius motibus. Hæc rursum reliqua omnia complectuntur, suique

mutatione variant, aquam, duntaxat & terram, & quicquid in illis plantarum, animaliumq; est. Sol enim ipse una cum cœlo omnia ambiente, semper, quæ circa terram sunt omnia, non solum temporum, ac horarum vicissitudines moderatur, dum fœtus animalium perficit, plantarum fructus maturat, fluxus item aquarum, & corporum mutationes procurat; verum etiam quotidiano circuitu omnia lustrans variis sæpe sæpius caloris, humiditatis, siccitatis, & frigoris, mutationibus, uti magis, & minus culmini nostro insistit, diverseque figuratur, dies afficit. Luna uti terræ proxima multa in terrena influit, quę cum illa afficiuntur, & animata simul, atque inanimata illius variationibus respondent. Flumina etenim illius lumine augentur, & minuuntur, æstus maris ejus ortu, atque occasu regitur, quinimo & plantæ, & animantia, vel tota, vel eorum partes Luna crescente implentur, decrescente evanescunt. Non dissimili ratione stellæ tum fixæ,

ἑαυτῶν τροπῇ συντρεπόντων αὐτά. λέγω δὴ γῆν καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς φυτὰ καὶ ζῶα. Ὅ τε γὰρ ☉ ἀεὶ μετὰ τοῦ περιέχοντος, τὰ περὶ τὴν γῆν διοικεῖ πάντα, οὐ μόνον διὰ τῆς μεταβολῆς τῶν ὡρῶν, γονὰς ἐκτελῶν ζώων, καὶ καρποφορίας φυτῶν, καὶ ῥύσεις ὑδάτων, καὶ σωμάτων μετατροπάς, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν καθ' ἑκάστην ἡμέραν διερχόμενος, ἄλλοτε ἄλλας ποιεῖ μεταβολὰς τῆς ἡμέρας, θέρμης, ὑγρότητος, ξηρότητος, ψυχρότητος, κατὰ ἀκολουθίαν τῆς κατὰ κορυφὴν ἡμῶν γινομένης αὐτοῦ σχηματίσεως. Καὶ ἡ ☽ δὲ, ὡς οὖσα τῆς γῆς ἐγγυτάτη, πολλὴν διαδίδωσι τὴν ἀπόρροιαν, καὶ συμπάσχουσιν αὐτῇ καὶ συντρέπονται καὶ ἔμψυχα καὶ ἄψυχα. καὶ ποταμοὶ μὲν συναύξονται καὶ συμμειοῦνται πρὸς τὸ ἐκείνης φῶς· θαλάσσης δὲ ὁρμήματα συντρέπονται ταῖς ἀνατολαῖς αὐτῆς, καὶ τῇ δύσει. καὶ φυτὰ δὲ καὶ ζῶα συμμειοῦται αὐτῇ, καὶ συμπληροῦται, ἢ ὅλα, ἢ μερικῶς. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀστέρες, οἵτε

ἀπλα-

ἀπλανεῖς καὶ οἱ πλανώμενοι, περιοδεύοντες, πολλὰ ποιοῦσιν ἐπιφαίνεσθαι κατὰ τὸ περιέχον. καύματά τε γὰρ, καὶ πνεύματα, καὶ χειμῶνας ἀπεργάζονται· ὑφ' ὧν καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκείως διοικεῖται. Καὶ οἱ πρὸς ἀλλήλους δὲ τούτων συσχηματισμοὶ, συγκιρνωμένης τῆς διαδόσεως αὐτῶν, ποικίλας ποιοῦσι μεταβολάς. ἀλλὰ κατακρατεῖ μὲν ἡ τοῦ ☉ δύναμις ὡς καθολικωτέρα, οἱ δὲ λοιποὶ συνεργοῦσιν ἢ ἀποσυνεργοῦσιν κατά τι. καὶ ἡ μὲν ☽ συνεχέστερον καὶ φανερώτερον τοῦτο ποιεῖ, διά τε τῶν συνόδων καὶ τῶν διχοτόμων σχημάτων, καὶ τῶν πανσελήνων. οἱ δὲ ἄλλοι ἀστέρες, διὰ μακροτέρου καὶ ἀφανέστερον, ἐπιφαινόμενοι, καὶ κρυπτόμενοι, καὶ προσνεύοντες. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, οὐ μόνον αὐτὰ τὰ συγκραθέντα ὑπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἀστέρων διοικεῖται, ἀλλὰ καὶ τῶν σπερμάτων αἵ τε βλαστήσεις καὶ αἱ τελειώσεις, διαπλάττονται καὶ διαμορφοῦνται κατὰ τὴν ποιότητα, ἣν εἶχον ποτὲ τὸ περιέχον. ἤδη οὖν οἱ παρατηρητικώτεροι τῶν τε γεωργῶν

tum errantes, dum trajiciunt, multa circa nos imprimunt. Nam æstuum, ventorum, ac hyemis causæ sunt, quibus etiam terrena, uti par est, gubernantur. Mutui item earum aspectus, congressusque, dũ facultates proprias commiscent, varias mutationes inducunt. Verum vis Solis, tamquam quæ universalior est, reliquis præcellit. Aliarum aut aliquid adjiciunt, aut detrahunt. & Luna quidem, dum novissima est, & dividua, & plena, crebrius id, evidentiusque producit. Reliqua sidera dum alias apparent, alias occultantur, alias in declinatione sunt, longiora intervalla habent, & obscuriores effectus. Hæc cum ita sint, non solum corpora, postquam coaluerint, motui subsunt stellarum, sed etiam semina, & nata, & absoluta per qualitatem, qua ambiens respiciebant, finguntur, & efformantur. Jam vero inter agricolas, & pastores

oculatiores per ventorum flatus, qui tempore messis, coitusve animantium spirarint, eventuum rationem præsagiunt. Et, ut verbo expediam, potiores, universalioresque effectus, & quicquid Solis, & Lunæ, & reliquarum stellarum magis notis figurationibus accidit, rerum naturalium rudes, sola tantum observatione deprehendunt. Sola enim observatione indoctissimos quosque, quæcumque à sola potissima Solis duntaxat virtute, simplicioreque ordine procreantur, & quæ nullam in se propter stellarum, & Solis ad Lunam aspectus varietatem admittunt, prænovisse conspicimus. Imo & brutorum animantium nonnulla prædivinant, ut videre est, in statis vicibus anni, veris, æstatis, & aliorum; & præterea ventorum mutationem præsentiunt. Horum enim ut plurimum Sol causa est. quæ vero non ita simplicia sunt, sed aliorum mixtione non nihil turbantur, qui obser-

καὶ τῶν νομέων, στοχαζόμενοι ἐκ τῶν συμβαινόντων πνευμάτων κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς σπορᾶς, καὶ τῆς συνουσίας τῶν ζώων, προγινώσκουσι τὴν ποιότητα τῶν ἀποβησομένων. καὶ ὅλως, τὰ μὲν καθολικώτερα, καὶ ὅσα γίνεται διὰ τῶν φανερωτέρων συσχηματισμῶν ☉ καὶ ☽, καὶ τῶν ἀστέρων, ταῦτα προγινώσκουσιν ἀπὸ μόνης τῆς παρατηρήσεως, καὶ οἱ μὴ ὄντες φυσικοί. θεωροῦμεν γὰρ καὶ τοὺς λίαν ἰδιώτας, ἐκ μόνης τῆς παρατηρήσεως προγινώσκοντας, ὅσα γίνεται ἐκ μόνης τῆς μείζονος δυνάμεως, οἷον τοῦ ☉, καὶ τῆς ἁπλουστέρας τάξεως οὐκ ἔχοντα ποικιλίαν ἐκ τῶν συσχηματισμῶν τῶν ἀστέρων καὶ τῆς ☽ πρὸς τὸν ☉. μᾶλλον ἢ καί τινα τῶν ἀλόγων ζώων προγινώσκει, ὥσπερ ἔχει ἐπὶ τῶν μεταβολῶν τῶν κατ' ἔτος ὡρῶν, ἔαρος, θέρους, καὶ τῶν ἄλλων, καὶ ἔτι ἐπὶ τῆς ἐναλλαγῆς τῶν ἀνέμων. τούτων γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὁ ☉ αἴτιος. ὅσα δὲ οὐκ ἔστιν οὕτως ἁπλούστερα, ἀλλ' ἔχει ὀλίγην τινὰ μίξιν, ταῦτα

οἱ παρα-

οἱ παρατηρεῖν ἐθισθέντες προγινώσκουσιν· ὥσπερ οἱ ναῦται τοὺς συμβαίνοντας χειμῶνας, καὶ τὰς πνοὰς τῶν ἀνέμων, ἅπερ γίνεται ὑπὸ τῶν σχηματισμῶν τῆς ☽, ἢ καὶ ἀπλανῶν ἀστέρων, οὓς πρὸς τὸν ☉ ποιοῦνται κατὰ τὰς αὐτῶν περιόδους. ὅτι σφάλλονται δὲ ὅμως πολλάκις, ὅτι ὑπὸ ἀπειρίας οὐ δύνανται κατανοεῖν τοὺς χρόνους καὶ τοὺς τόπους, οὔτε τὰς περιόδους τῶν πλανωμένων ἀστέρων, ἅπερ πάντα ἀκριβῶς γινωσκόμενα, συμβάλλεται εἰς τὴν ἀσφαλῆ πρόγνωσιν τῶν πραγμάτων. Τί οὖν κωλύει τὸν ἀκριβῶς γινώσκοντα τὰς κινήσεις τῶν ἀστέρων, καὶ ☉ καὶ ☽· καὶ μήτε τὸν τόπον ἀγνοοῦντα, μήτε τὸν χρόνον, μήτε τινὰ τῶν συσχηματισμῶν· ἔτι δὲ ἐπιστάμενον καὶ τὰς φύσεις αὐτῶν, κἂν μὴ τοῦτο ὅπερ εἰσίν, ἀλλὰ ἃς ἔχουσι ποιητικὰς δυνάμεις, οἷον ὅτι θερμὴ μὲν ἡ τοῦ ἡλίου, ὑγρὰ δὲ ἡ τῆς ☽. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων. τὸν οὖν πρὸς ταῦτα ἱκανὸν ὑπάρχοντα, τί κωλύει φυσικῶς

vationibus uſu continuo animum adverterunt, animadvertunt, veluti nautæ occurſantes tempeſtates, & ventorum flatus, quæ à Luna, vel fixarum ſtellarum ſuis circuitibus ad Solem tendentium figurationibus efficiuntur. Hos autem ſæpe falli contingit, quod experientia deſtituti, neque tempora, neque loca, neque planetarum curſus, quæ omnia ad certam, infallibilemq; rerum prævidentiam, ſi exquiſite cognoſcantur, conducunt, nota habeant. Quid autem obſtat cum, qui motus ſtellarum, & Solis, & Lunæ noverit, neq; locum ipſum, neque tempus, neque figurationum aliquam ignorarit, quinimo & naturas eorum, licet non id quod ſunt, ſed quas efficiendi habeant facultates, veluti Solis quidem calidam eſſe, Lunæ vero humidam, & ſic de reliquis ſtellis, optime calluerit; quid, inquam, obſtat eum, qui ad hæc idoneus, opportunusque eſt, naturali conſidera-

tione, & aptè, quod ex horum omnium commixtione consurgit, discernere; adeo ut etiam possit circumfusi aëris quolibet tempore proprium statum, quod scilicet calidior, & humidior futurus sit, quod satis manifesta habitudine, vel stellarum, Lunæque ad Solis configurationem prævidit, dijudicare. Quemadmodum enim eorum, quæ commemoravimus, apprime gnarus fieri potest, ut de temporum qualitatibus, antequam veniant, judicium ferat, quid vetat ut similiter etiam de unoquoque homine prædivinare possit? Ex Cœli quippe constitutione, & tempore, quo quisque conflatur, generale uniuscujusque temperamentum facile est dijudicare, assereque de eo qui fit, corpore talem futurum, animo talem, & secuturos eventus, sive proficuos, sive noxios, & inutiles, ex Cœli tali statu præcognitos: nempe quod talis Cœli status est, conveniens erit, &

ἅμα καὶ εὐστόχως τὸ ἐκ ποιότητος τούτων ἁπάντων συγκιρνωμένων ἀποτελούμενον γνῶναι· ὥστε καὶ δύνασθαι προλέγειν τὴν ἐν ἑκάστῳ καιρῷ τοῦ περιέχοντος ἰδίαν κατάστασιν, οἷον ὅτι θερμότερον ἢ ὑγρότερον ἔσται. ὅπερ διὰ τῆς φαινομένης σχέσεως, ἤτοι τοῦ συσχηματισμοῦ τῶν ἀστέρων καὶ τῆς ☽ πρὸς τὸν ☉ προέγνω. ὥσπερ δὲ δυνατόν ἐστι περὶ τῆς ἰδιοτροπίας τῶν καιρῶν προλέγειν τὸν ἀκριβῶς γινώσκοντα ἃ εἴρηται, τί κωλύει δύνασθαι καὶ περὶ ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων ὁμοίως προλέγειν; καὶ γὰρ ἐκ τῆς καταστάσεως τοῦ περιέχοντος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἑκάστου συστάσεως, δυνατόν ἐστι συνιδεῖν τὴν καθόλου ποιότητα τῆς κράσεως ἑκάστου, καὶ εἰπεῖν περὶ τοῦ γενομένου, ὅτι τὸ μὲν σῶμα ἔσται τοιοῦτος, τὴν δὲ ψυχὴν τοιοῦτος· καὶ τὰ κατὰ καιροὺς συμβαίνοντα συμφέροντα καὶ ἀσύμφορα ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος καταστάσεως προγνωσθέντα. οἷον ὅτι, ἐπεὶ τὸ περιέχον τοιοῦτόν ἐστι, σύμμετρον ἔσται, καὶ συμφέρον τῇ

τοιαύτῃ

τοιαύτῃ συγκεκρᾶσθαι. ἢ, ὅτι τὸ τοιοῦτον περιέχον, ἀσύμφορον καὶ κακωτικὸν τῆς τοιαύτης συγκράσεως. ἀλλ' ὅτι μὲν δυνατὸν λαβεῖν πρόγνωσιν, δῆλον ἐκ τούτων, καὶ τῶν ὁμοίων. ὅτι δὲ οἱ διαβάλλοντες ἐκ προφάσεως μὲν τοῦτο ποιοῦσιν, οὐ πρεπόντως δὲ, οὕτω ἐπιγνωσόμεθα. πρῶτον μὲν τὰ πταίσματα τῶν μὴ ἀκριβῶς ἐχόντων τὴν μάθησιν, ἅτε δὴ μεγάλης καὶ πολυμεροῦς ὑπαρχούσης πολλὰ ὄντα, ποιεῖ καὶ τὰ ἀληθευόμενα ἀπὸ τύχης δοκεῖν γεγονέναι. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἀδυναμία τῆς ἐπιστήμης, ἀλλὰ τῶν ἀπορούντων μεταχειρίζεσθαι αὐτὴν ἀκριβῶς. ἔπειτα δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι ὑποβάλλουσιν ἑαυτοὺς τῷ ὀνόματι τῆς ἐπιστήμης ταύτης, διὰ τὴν ἀξιοπιστίαν, ἕνεκα τοῦ πορίζεσθαι τέχνην ἑτέραν, ἐξαπατῶντες μὲν τοὺς ἰδιώτας, καὶ δοκοῦντες προλέγειν πολλὰ καὶ τῶν μὴ ἐχόντων φύσιν προγινώσκεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο παρέχουσιν ἀφορμὴν τοῖς νουνεχεστέροις εἰς τὸ καταγινώσκειν

utilis hujuſcemodi temperamento, vel, quod talis, inutilis, talique temperamento noxius. Rerum itaque præſagitionem fieri poſſe his, & ſimilibus evidentiſſimum eſt. Verum enimvero detractores varia ſibi comminiſci, & calumniandi occaſionem arripere, etſi immerito, hac ratione exponemus. Primum quidem eorum errores, qui diſciplinam hanc magnæ, & multiplicis conſiderationis, parum accurate poſſident, in cauſa ſunt, ut vere etiam prædicta, fortuito dicta eſſe videantur. Hoc vero neutiquam ſcientiæ imbecillitati adſcribendum eſt; ſed eorum ignorantiæ, qui in ea pertractanda ob puſillas vires parum idonei ſunt. Præterea quamplurimi propter illius dignitatẽ, hujus ſcientiæ nomen ſibi vindicant, ut artem aliam venditent, & ſic ignorantes, ac ſimplices fallunt, videnturque multa prædicere, quæ præcognoſci neutiquam apta nata ſunt: ideoque ſagacioribus anſam dant, ad ea etiam, quæ natura ſua prædictioni

dictioni subsunt, reprehendenda. Sed hoc quoque injuria. Neque enim, quandoquidem nonnulli pravis moribus Philosophiæ nomen falsò sibi assumunt, ideo de medio tollenda Philosophia est. Manifestum nihilominus est, etiam illum qui recte, &, ut par est, scientiam assecutus est, sæpe sæpius, & propter rei naturam, & imbecillitatem ingenii, magnitudine rei, quam profitetur, obrutum vacillare. Speculatio enim, quæ circa materiæ qualitatem versatur conjecturis potius, quam certa scientia constat, præsertimque cum ex multis, suique dissimilibus mixtio fiat. Sed & antiquæ illæ planetarum configurationes, quibus, ab illis in judicio ferendo observata adaptantur, hodiernis configurationibus magis, vel minus similes per longa intervalla occurrunt, prorsus autem convenientes, & indiscriminatim eædem perinde ut nihil intersit, nequaquam. Omnium namque cœlestium, & terrestrium in idem restitutio,

καὶ τῶν δυναμένων περιλέγεσθαι· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο πρεπόντως· οὐδὲ γὰρ, ἐπειδὴ τινὲς τῶν προσποιουμένων φιλοσοφεῖν τυγχάνουσι πονηροὶ, διὰ τοῦτο δεῖ ἀναιρεῖν τὴν φιλοσοφίαν. πλὴν δῆλόν ἐστιν, ὅτι κ' ἂν τις ὡς ἐνδέχεται μάλιστα τῆς ἐπιστήμης ἔχῃ ἀκρίβειαν, ὅμως πολλάκις πταίσει διὰ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος καὶ τὴν ἀσθένειαν τὴν πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἐπαγγελίας. ἡ γὰρ θεωρία ἡ περὶ τὴν ποιότητα τῆς ὕλης, πᾶσα στοχαστική ἐστιν, ἀλλ' οὐχὶ διαβεβαιωτική. καὶ μάλιστα, ὅτι ἐξ ἀνομοίων πολλῶν ἡ σύγκρασις γίνεται. ἀλλὰ καὶ οἱ ἀρχαῖοι συσχηματισμοὶ τῶν πλανωμένων, ἐξ ὧν ἐφαρμόζεται τὰ ἐπ' ἐκείνων παρατετηρημένα προαποτελεσματικὴ πρὸς τοὺς νῦν ὡσαύτως συσχηματισμοὺς, παρόμοιοι μὲν γίνονται πλεῖον ἢ ἔλαττον, καὶ τοῦτο διὰ μακρῶν περιόδων· ἀπαράλλακτοι δὲ παντελῶς, οὐδαμῶς. ἡ γὰρ πάντων ἐν τῷ οὐρανῷ μετὰ τῆς γῆς συναποκατάστασις, ἢ οὐδ'

ὅλως

ὅλως κατὰ τὸ ἀκριβὲς ἀποκαθίσταται, ἢ οὐχὶ κατὰ χρόνον αἰσθητὸν ἀνθρώπῳ· εἰ μή τις ἄρα καινοδοξεῖ περὶ τὴν κατάληψιν καὶ τὴν γνῶσιν τῶν ἀκαταλήπτων. ὄντων οὖν ἀνομοίων τῶν ὑποκειμένων παραδειγμάτων, συμβαίνει διὰ τοῦτο τὰς προῤῥήσεις ἐνίοτε διαμαρτάνειν. ἡ μὲν οὖν ἐπίσκεψις τῶν συμπτωμάτων τῶν ἐκ τοῦ περιέχοντος γινομένων, ταύτην μόνην ἔχει τὴν δυσκολίαν. ἄλλη γὰρ οὐδεμία αἰτία συμπαραλαμβάνεται, πλὴν τῆς τῶν οὐρανίων κινήσεως. αἱ δὲ γενεθλιαλογικαὶ ἐπισκέψεις, καὶ ὅλως ἡ περὶ τῆς ἰδίας ἑκάστου συγκράσεως, οὐ μικρὰ, οὐδὲ τυχόντα συναίτια ἔχουσι πρὸς τὴν ἰδιοτροπίαν τῶν γινομένων. καὶ γὰρ ἥ τε τοῦ σπέρματος διαφορὰ πλεῖστον δύναται πρὸς τὴν τοῦ γένους συμβάλλεσθαι ἰδιότητα. ἐπεὶ τοῦ περιέχοντος ὑποκειμένου τοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ ὁρίζοντος τοῦ αὐτοῦ ὑπάρχοντος, ἕκαστον τῶν σπερμάτων κατακρατεῖ πρὸς διαμόρφωσιν τοῦ οἰκείου γένους· καὶ τοῦ μὲν ἀνθρωπείου,

vel numquam adamuſſim accidet, aut certe non iis ſpatiis, quæ comprehendere homines poſſunt; niſi cui lubeat inani oſtentatione jactare earum rerum perceptionem, quæ comprehendi nõ poſſunt. Cum itaque exempla propoſita non conveniant, in cauſa ſunt, cur prædictiones etiam aliquando à vero abeſſent. Conſideratio igitur eventuum à cœlo productorum hanc tantum præ ſe fert difficultatem. Nulla etenim alia cauſa aſſignatur, quam cœleſtium motus. Genethlialogicæ vero conſiderationes, & omnino quæ de proprio uniuscujusque temperamento eſt, neque leves, neque vulgares cauſas habent in generatorum proprias qualitates. Seminis namque diverſitas mirum quantum momenti habeat, conferatque ad generis proprietatem. Quum, licet idem ambiens ſit, idemque Horizon, ſingula ſemina in proprii generis efformationem prævalent, adeo ut ex humano

homo,

homo, ex equino equus, & aliis, aliud similiter procreëtur. Præterea locorum diversitas, in quibus nasci contingit, non exigua discrimina nascentibus affert. licet enim eadem semina humanum scilicet, vel equinum, eademque Cœli constitutio sit, regionum diversitas, in quibus gignũtur, eorum corpora, & animos diversos facit. Denique & educationes, & mores diversi diversam etiam faciunt uniuscujusque vitæ rationem. Singula itaque hæc, nisi quis cum causis, quæ è Cœlo sunt conjunxerit, sæpe errabit. Nam etsi circumfusi Cœli maxima vis est, & cum eo cætera omnia, veluti causæ una concurrant, ipsa vero numquam Cœlum tamquam causam sibi adsciscunt, nihilominus qui à solo tantum cœlestium motu prædictiones moliuntur, ni & hæc eadem una assumant, valde à scopo aberrabunt. Hæc cum ita sint operæ prætium erit neutiquam,

ἄνθρωπος, ἐκ δὲ ἱππείου, γίνεται ἵππος, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. ἀλλὰ καὶ οἱ τόποι τῆς ἑκάστου γενέσεως, οὐ μικρὰς δύνανται παραλλάξεις ποιεῖν τῶν γινομένων. καὶ γὰρ τῶν αὐτῶν σπερμάτων ὄντων, οἷον ἀνθρωπείων ἢ ἱππείων, καὶ τῆς καταστάσεως τοῦ περιέχοντος τῆς αὐτῆς, τὸ διάφορον τῶν τόπων, ἐν οἷς γίνονται, ποιεῖ καὶ τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν διαφόρους. Ἔτι δὲ καὶ αἱ τροφαὶ καὶ τὰ ἔθη διαφέροντα, διαφέρουσαν ποιεῖ καὶ τὴν διαγωγὴν τοῦ βίου ἑκάστου. Τούτων οὖν ἕκαστον τῶν διαφόρων ἐὰν μή τις συμπεριλάβῃ σὺν τοῖς αἰτίοις τοῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος, πολλὴν ἕξει ἀπορίαν. εἰ γὰρ καὶ τὸ περιέχον τὴν πλείστην ἔχει δύναμιν, καὶ τούτου πάντα τὰ ἄλλα δ' εὑρίσκεται ὡς συναίτια, αὐτὰ δὲ οὐδαμῶς τὸ περιέχον παραλαμβάνει συναίτιον· ὅμως τοῖς ἀπὸ μόνης τῆς κινήσεως τῶν οὐρανίων ἐπιχειροῦσι προγινώσκειν, ἐὰν μὴ καὶ ταῦτα συμπαραλάβωσιν, πολλὴ ἔσται ἡ ἀπορία. Τούτων οὕτως ἐχόντων, πρέπον ἐστὶ, μήτε

ἐπειδὴ

ἐπειδὴ ἐνδέχεταί ποτε τὴν τοιαύτην πρόγνωσιν πταίειν, διὰ τοῦτο καὶ καθ' ὅλου τὴν πρόγνωσιν ἀναιρεῖν· μήτε πάλιν ἐπιζητεῖν παρὰ τῆς προγνώσεως πάντα οὕτως, ὡς μὴ ἀνθρωπίνως, μηδὲ μετὰ στοχασμοῦ τινός· ἀλλ' ὥσπερ τὴν κυβερνητικὴν διότι πολλάκις πταίει, οὐκ ἀποβαλλόμεθα, οὕτως καὶ ταύτην δεῖ μὴ ἀποβάλλειν διὰ τὰ πολλάκις συμβαίνοντα πταίσματα. ἀλλ' ὡς ἐπὶ μεγάλαις ταῖς ἐπαγγελίαις καὶ θείαις ὑπαρχούσαις, ἀποδέχεσθαι αὐτὴν καὶ ἀγαπᾶν μετὰ τὸν δυνατὸν προγινώσκουσαν τρόπον. καὶ ὥσπερ τοῖς ἰατροῖς ὅτ' ἂν ἐπιζητῶσί τινα καὶ περὶ τῆς νόσου καὶ περὶ τῆς νοσοῦντος ἰδίας ἕξεως, οὐ μεμφόμεθα· οὕτως καὶ ἐνταῦθα, ὅτ' ἂν συμπεριλαμβάνομεν γένη καὶ τὰς τροφὰς καὶ τὰς χώρας μετὰ τῆς οὐρανίου κινήσεως, οὐ δεῖ ἀγανακτεῖν. ἄτοπον γὰρ οὐδὲν μετὰ τοὺς ἰατρούς, οἳ οὐ μόνον περὶ τῆς νόσου, ἀλλὰ καὶ τῆς ἰδιοκρασίας τοῦ νοσοῦντος ἐπισκέπτονται· οὕτω καὶ ἡμᾶς μετὰ

licet fieri poſſit, ut aliquando ſimilis prænotio fallatur, propterea prædictionum totam rationem de medio tollere, neque rurſum à prædictionibus omnia exquirere, quaſi qui præſagit homo non ſit, neque conjecturis nitatur. Sed quemadmodum gubernandi artem, licet ſæpe offendat, non rejicimus, ſic neque hæc, ob varios, multiplicesq; errores reſpuenda eſt. Sed veluti magnifica, & grandia promittens, & res divina grato animo excipienda, fovendaque, ut ut poteſt prædivinans, atque exoſculanda. Et veluti medici, cum & de morbo, & de ægrotantis natura percunctantur, illis non vertimus vitio, ita & hic cum genus & educationem, regionemq; una cum cœleſti motu conjungimus, ægre ferendum non eſt. Nihil enim præter rationem medici faciunt, qui non ſolum de morbo, ſed de ægri etiam proprio temperamento philoſophantur. Ita & nos, dum præter

motum

motum cœleſtem in iis præcipue, quæ ab eo integre haberi non poſſunt, aliunde etiam, quæ conducunt, aſſumimus, illiſque conquiſitis opus perficimus, nihil præter rationem facimus.

Cap. III.

Aſtrologicam prænotionem utilem eſſe.

PRænotio igitur, quam ſiderum obſervatione aſſequi poſſumus, quanam ratione fieri poſſit, eamque tantummodo ad Cœli accidentia pertingere, eorum etiam quæ hominibus ambientis influxu contingere ſolent, (ea vero ſunt proprietates quæ ſtatim à principio animæ, corporiſque facultatibus inſeruntur, certiſque temporum momentis advenientes affectus, horumque effectuum diuturniora, vel breviora ſpacia, adhuc etiam quæcunque externis adminiculis naturaliter, ac proprie complicantur, qualia ſunt cum corpore res familiaris, & nuptiales convictus, cum animo fœtus, & dignitates, & cum fortuna,

τῆς οὐρανίου κινήσεως, ἐν οἷς οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῇ τὸ πᾶν διαλαβεῖν, καὶ τὰ ἑτέρωθεν συνεργοῦντα συμπεριλαβεῖν καὶ συνεπισκευάσασθαι.

Κεφ. γ'.

Ὅτι καὶ ὠφέλιμον.

ΤΟ' μὲν δι' ἀστρονομίας προγνωστικὸν τινὰ τρόπον ἐστὶ δυνατόν· καὶ ὅτι ἕως τῶν συμπτωμάτων τοῦ περιέχοντος μόνον φθάνει, ἀλλὰ ὅσα συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τῆς αἰτίας τοῦ περιέχοντος. ταῦτα δέ εἰσιν αἱ πρὸς τὰς ψυχικὰς καὶ τὰς σωματικὰς δυνάμεις ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδειότητες, καὶ πρὸς τὰ κατὰ καιροὺς συμβαίνοντα πάθη, καὶ τὴν ὀλιγοχρονιότητα τούτων τῶν παθῶν ἢ πολυχρονιότητα. ἔτι δὲ καὶ ὅσα ἐκ τῶν ἔξωθεν τὴν συμπλοκὴν ἔχει κυρίως, καὶ φυσικήν· οἷον πρὸς τὸ σῶμα μὲν τά τε κτήματα, καὶ αἱ συμβιώσεις αἱ γαμικαί· πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν αἱ γοναί, καὶ τὰ ἀξιώματα· ἀλλὰ πρὸς τὰς τύχας,

χας, ὅσα κατὰ καιροὺς ἀπαντῶ-
σιν· τούτων οὖν ὅτι δυνατή
ἐστιν ἡ πρόγνωσις, γέγονεν
φανερόν. Ἔστι δὲ ὑπόλοιπον
καὶ περὶ τοῦ χρησίμου εἰπεῖν τῆς
τοιαύτης προγνώσεως. Πρό-
τερον δὲ εἴπωμεν, τίνα τρόπον,
καὶ πρὸς ὁποῖον τέλος τοῦ χρη-
σίμου τὴν δύναμιν λαμβάνο-
μεν. ἄν τε γὰρ πρὸς τὰ ἀγαθὰ
τῆς ψυχῆς τὸ χρήσιμον ἔχῃ ἡ
πρόγνωσις, τί τούτου συμφε-
ρώτερον ἢ πρὸς τὸ χαίρειν, ἢ
πρὸς τὸ εὐπράττειν, καὶ πρὸς
τὸ ἀρέσκεσθαι τῇ τοιαύτῃ προ-
γνώσει, δι' ἧς τά τε θεῖα καὶ
τὰ ἀνθρώπινα κατανοοῦμεν;
ἄν τε πρὸς τὰ τοῦ σώματος
χρησιμεύῃ, καὶ οὕτως πρὸς τὰ
ἄλλα, ὅσα ἐστὶ κατὰ τὸν βίον ἐπι-
τήδεια συγκρινόμενον τοῦτο τὸ
χρήσιμον, πλέον πάντων καὶ
συμφερώτερον ἐς τὸν βίον ἐστὶ,
καὶ ἐπιτήδειον. εἰ δὲ ὅτι πρὸς
πλοῦτον οὐ συνεργεῖ, ἢ δόξαν
ἡ τοιαύτη πρόγνωσις, διὰ
τοῦτο καταφρονηθήσεται, τοῦτο
καὶ κατὰ πάσης ἄλλης μαθήσεως
προχωρήσει. οὐδὲ γὰρ τὰ ἄλλα
μαθήματα, ὅσον ἐφ' ἑαυτὰ,

quæcunq; inter videndum
pro tempore occurrunt,)
horum itaque præsagitio-
nem esse posse jam satis o-
stendimus. Reliquum au-
tem est, ut de hujusmodi
prænotionis utilitate disse-
ramus. Sed ante omnia qua-
nam ratione, & ad quem
scopum utilitatis vim acci-
pimus, dicamus. sive enim
ad animi bona prævisionis
hujus utilitatem referamus,
quid ea vel ad gaudium,
vel ad felicitatem, vel ad
delectationem, atque sua-
vitatem in præcognoscen-
do, quæ divina, & humana
intelligimus conducibilius
esse potest? sive ad corpo-
ris bona, nec non ad alia
quæ vitæ humanæ com-
modo, ac emolumẽto sunt,
utilitatem ejus compare-
mus, nulla potior, com-
modiorque utilitas huma-
no generi afferri potest. Si
vero quia ad construendas,
& conservandas pecunias
& honores consequendos
prænotio hæc non condu-
cit, ideo vilipendenda est;
hoc item, & in aliis philo-
sophiæ partibus locum ha-
bebit: Eæ quippe, quan-
tum in illis est, neque ad
opes,

opes, neque ad gloriam conferunt. Sed neque illæ præterea tanquam inutiles rejiciuntur, neque conveniens est prænotionem hanc, quæ ad majora utiliter, apteque viam aperit, condemnare. Et omnino qui prenotionem accusant, illiusque nullum esse usum asserunt, nulla gravi causa, necessariaque moventur, sed cum existimant res illas, quæ certe, & constanter, & inevitabili modo eveniant, prævidere, supervacuum esse, propterea veluti inutilem damnant. sed hoc inconsiderate, & pueriliter, nec uti decet, comprehendunt. Nam primum illud intelligendum est, ea etiam quæ necessario, & omnino accidunt, sive timore incessant, sive gaudium afferant, si inexpectata advenerint metu homines consternere, vel inopina lætitia, animo expectorare, si vero præsentiantur, animus prævisione illa assuefactus, & continua absentium, veluti præsentium exercitatione præpa-

πρὸς πλοῦτον ἢ δόξαν συμβάλλεται· ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνα διὰ τοῦτο ὡς ἄχρηστα νομίζεται, οὔτε ταύτης ἄξιον καταγινώσκειν τῆς προγνώσεως ἐχούσης τὸ συμφέρον καὶ ἐπιτήδειον πρὸς τὰ μείζονα. Ὅλως δὲ οἱ μεμφόμενοι τὴν πρόγνωσιν, καὶ νομίζοντες ἄχρηστον, οὐ βλέπουσι πρὸς ἀναγκαῖόν τι, ἀλλὰ λογιζόμενοι, ὅτι τὰ πράγματα ἐκεῖνα, ἃ πάντως ἀποβήσεται, ταῦτα τὸ προγινώσκειν περιττόν ἐστι, διὰ τοῦτο ὡς ἄχρηστον μέμφονται. τοῦτο δὲ ἁπλῶς καὶ ἀπαιδεύτως, ἀλλ' οὐ καλῶς ὑπολαμβάνουσι. πρῶτον μὲν γὰρ ἐκεῖνο δεῖ σκοπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὰ ἃ ἐξ ἀνάγκης πάντως ἀποβαίνει, κἄν τε φόβους ἔχῃ, κἄν τε χαροποιὰ ᾖ, ἐὰν ἀπροσδοκήτως ἔλθῃ, διὰ μὲν τοῦ φόβους καταπλήττει, διὰ δὲ τῆς ἐξαίφνης χαρᾶς ἔξω ἑαυτῶν γίνεσθαι ποιεῖ. ἐὰν δὲ προγνωσθῇ, ἐθίζει μὲν τὴν ψυχὴν διὰ τῆς προγνώσεως, καὶ κανονίζει διὰ τῆς μελέτης τῶν ἀπόντων ὥσπερ παρόντων. καὶ ὅτ' ἂν καταλάβῃ, ποιεῖ

αὐτὴν

αὐτὴν μετ' εἰρήνης καὶ καταστάσεως ἀποδέχεσθαι αὐτά. Ἀλλ' ὥςπερ δὲ οὐδὲ δεῖ νομίζειν συμβαίνειν πάντα τοῖς ἀνθρώποις οὕτως, ὥσπερ νενομοθετημένου ἑνὸς ἑκάστου πράγματος ὑπό τινος θείου προστάγματος, καὶ ἀλύτου τῆς ἄνωθεν αἰτίας, καὶ ἀποφαίνειν ἐξ ἀνάγκης πάντα, μηδεμίας τινὸς ἄλλης αἰτίας ἐναντιοῦσθαι δυναμένης. οὐ δεῖ οὕτω νομίζειν· ἀλλὰ τὴν μὲν οὐρανίων τὴν κίνησιν ἀμετάβλητον ἐξ αἰῶνος εἰδέναι χρή, κατὰ γένεσιν θείαν καὶ τάξιν ἀποτελουμένην· τὴν δὲ ἀλλοίωσιν τῶν ἐπιγείων, κατὰ γένεσιν καὶ τάξιν φυσικὴν διοικουμένην καὶ μετατρεπομένην, ἧς καὶ αὐτῆς ἄνωθεν ἡ αἰτία ἐπακολουθεῖ κατὰ συμβεβηκός. καὶ τοῦτο δὲ γινώσκειν, ὡς τὰ μὲν συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις διὰ καθολικωτέρας τινὰς αἰτίας, ἀλλ' οὐχὶ διὰ μόνην τὴν φυσικήν, καὶ ἰδίαν ἑκάστου ἐπιτηδειότητα· οἷον διὰ μεγάλας τροπὰς τοῦ περιέχοντος συμβαίνουσι λοιμοὶ καὶ κατακλυσμοὶ καὶ ἐκπυ-

ratus, cum irruerint, ita affectus eſt, ut ea placide, & conſtanter excipiat. Præterea nec illud exiſtimandum eſt, omnia ſic hominibus accidere, quaſi uniuscujusque rei, divino quodam decreto, ſupernaque cauſa indiſſolubili, lex præſcripta eſſet, aſſerendumque inevitabili quodam fato ſingula evenire, nec ullam cauſam aliam eſſe, quæ poſſit obſiſtere. Non ita exiſtimandum eſt, ſed ſciendum cœleſtium motuum divino quodam ordine, & lege, pro ſua natura nullo à principio, ſed ex æterno tempore immutabilem eſſe, inferiora vero generationi, & ordini naturali obnoxia variari, immutarique, quem ſuperior cauſa per accidens ſubſequitur. Illud præterea animadvertendum eſt, multa hominibus accidere propter univerſaliores nonnullas cauſas, & non tantum ex propria particularis naturæ qualitate. Ut cum propter magnas ambientis mutationes, peſtes, & diluvia, &

conflagrationes, quibus gentes intereunt, accidunt. ſemper enim ſuperior cauſa inferiorem, & validior imbecilliorem devincit. Cum itaque in magnis mutationibus validiores cauſæ imperent, effectus jam memorati generaliores cōtingunt. Alia vero unicuique eveniunt, quod naturalis ſingulorum conſtitutio, ac proprietas ab ambientis contrarietate ſuperetur, ſive puſillus, ſive exiguus ſit ambientis diſſenſus. Hæc cum ita ſe habeant perſpicuum eſt, effectus ſive communes, ſive particulares, eorum ſcilicet, quorum prima cauſa adeo valida eſt, ut nulla alia cauſa ſit, quæ ei obſiſtere poſſit, nec eam compeſcere omnino, & neceſſario futuros, qui vero imbecilliorem habent cauſam, ſi illis vis alia, & cauſa quæ contra nitatur occurrerit, evaneſcent, quod ſi nihil obſtiterit ipſi etiam primæ cauſæ inſervientes, ſuccedent; ſuccedent autem

ρώστους, ὑφ᾽ ὧν τὰ πλήθη διαφθείρεται. νικᾷ γὰρ ἀεὶ ἡ μείζων αἰτία τὴν μικροτέραν, καὶ ἡ δυνατωτέρα τῆς ἀσθενεστέρας. κατακρατούντων οὖν ἐν ταῖς μεγάλαις τροπαῖς τῶν ἰσχυροτέρων αἰτίων, συμβαίνει ἅπερ εἴρηται πάθη καθολικώτερα. τὰ δὲ συμβαίνει ἑκάστῳ, διὰ τὸ τὴν φυσικὴν ἰδιοκρασίαν ἑκάστου ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος ἐναντιώσεως κατακρατεῖσθαι, κἂν μικρὰ ᾖ, κἂν τύχουσα ἡ τοῦ περιέχοντος ἀντιπάθεια. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, φανερόν ἐστιν, ὅτι καὶ τῶν καθολικῶς συμβαινόντων, καὶ τῶν μερικῶς, ὅσων μὲν συμπτωμάτων τὸ πρῶτον αἴτιον ἰσχυρόν ἐστι, καὶ ἀκαταμάχητον, καὶ οὐδὲν αὐτῷ ἕτερον αἴτιον ἰσχὺν ἔχει ἀντιβαίνειν, ταῦτα πάντως ἐξ ἀνάγκης ἀποβαίνει· ἃ δὲ συμπτώματα ἔχει ἀσθενεστέραν αἰτίαν, ταῦτα εἰ μὲν ἄλλο ἀντιβατικὸν αἴτιον εὑρεθῇ, ἀνατρέπεται. εἰ δὲ μὴ εὑρεθῇ ἀντιβαῖνον αἴτιον, ἀποβαίνει καὶ αὐτὰ ἀκολουθοῦντα τῷ πρώτῳ αἰτίῳ. ἀποβαίνει δὲ οὐ διὰ τὴν ἰσχὺν τῆς αἰτίας,

αἰτίας, οὐδὲ κατ' ἀνάγκην, ἀλλ' ὅτι ἀγνοεῖται ἡ ἀντιπάθεια, ὑφ' ἧς ἀνατραπήσεται· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς, ὅσα ἔχει φυσικὰς αἰτίας καὶ ἀρχάς, συμβαίνει. καὶ γὰρ καὶ λίθοι, καὶ φυτά, καὶ ζῶα, καὶ τραύματα, καὶ πάθη, καὶ νοσήματα, τὰ μὲν ἐξ ἀνάγκης ποιεῖ τι, τὰ δ' οὔ, ἀλλ' ὅτ' ἂν μὴ εὑρεθῇ τι ἐναντιούμενον τῇ ποιητικῇ τούτων δυνάμει. Δεῖ οὖν νομίζειν καὶ τοὺς χρωμένους τῇ προγνώσει τοιαύτῃ φυσικῷ τρόπῳ τὰ συμβησόμενα προλέγειν, καὶ τοιαύτῃ προγνώσει, ἀλλ' οὐχὶ κατ' ἄλλην τινὰ δόξαν κενήν. οἷον ὅτι τόδε μὲν ἀποβήσεται, διότι πολλὰ καὶ μεγάλα τὰ ποιητικά ἐστιν αἴτια, καὶ ἀδύνατον ἐναντιωθῆναι αὐτοῖς· τὸ δέ γε οὐκ ἀποβήσεται, διότι ἔχει ἐναντιουμένας μετατροπάς. ὥσπερ καὶ οἱ ἰατροί, ὅσοι τὰ πάθη δύνανται σημειοῦσθαι, προγινώσκουσι τά τε πάντως θανατηφόρα, καὶ τὰ θεραπείαν ἐπιδεχόμενα. Ὅταν οὖν ὁ γενεθλιαλογικὸς λέγῃ περὶ τούτων ἃ δύναται μετα-

non causæ vi pulsi, neque necessitate, sed quod dissensus à quo perverti possunt, ignoratur. Et sic, ut verbo expediam, de omnibus quæ naturales causas, & principia habent, philosophandum est. Nam lapides, plantæ, animalia, vulnera, affectus, & ægritudines quædam necessario operantur, alia vero non; sed cum non nihil eorum vi, qua agunt, contra niti repertum fuerit. Itaque tenendum est prænotionis studiosos non dissimili naturæ via futura prædicere, talique doctrina, & non alia inani opinione. Hoc scilicet futurum esse, quod multas, ingentesque causas operatrices habeat, quibus nullo modo resistere possumus; illud vero non erit, quod mutationes, & contrarias conversiones admittat. Quemadmodum & Medici in observatione morborum exercitati letales omnino à curabilibus dijudicant. Cum itaque Genethliacum de his, quæ mutari possunt differen-

tem audimus, nihil aliud illum enunciare existimamus, quam propter ambientis qualitatẽ propriam commensurata moderatio illi deserviens plus, vel minus immutata in tale temperamentum, talem effectum producat, non alia ratione quam si Medicus diceret, ulcus hoc, vel serpet, vel putrescet, & Metallicus magnes ferrum attrahet; non quod necessario depastio, vel putrefactio erit, vel magnes trahet lapidem, sed si contraria ignorentur putrefactionem quidem ulcus faciet. Magnes vero ferrum attrahet, si rerum series, & ordo naturæ suis finibus, causisque, quæ à principio erant, relinqueretur; si vero illa accesserint, quæ impedire rerum cursus apta nata sunt, neutrum erit, & de Genethliacis eodẽ modo differendum est. Nam Magnes allio illitus ferrum non trahet, ulcusque si contraria accesserint, neque depascetur, neque putrescet. Itaque & quæ homi-

τρέπεσθαι, μηδὲν ἄλλο νομίσωμεν αὐτὸν λέγειν, ἤ, ὅτι διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἰδιοτροπίαν τραπεῖσα ἡ ὑποκειμένη συμμετρία ἐπὶ πλέον ἢ ἔλαττον εἰς τοιαύτην σύγκρασιν, τοιοῦτόν τι ποιήσει πάθος. ὥσπερ ἰατροῦ λέγοντος, ὅτι τοῦτο τὸ ἕλκος νομὴν ἢ σῆψιν ποιεῖ, ἢ τοῦ μεταλλικοῦ, ὅτι τὸν σίδηρον ἡ μαγνῆτις ἕλκει. οὐχ ὅτι πάντως νομὴ ἢ σῆψις ἔσται, ἢ ἑλκύσει τὸν σίδηρον ἡ μαγνῆτις· ἀλλ᾽ ἐὰν μὲν ἀγνοηθῇ τὰ ἀντιπαθοῦντα, ποιήσει μὲν καὶ τὸ ἕλκος τὴν σῆψιν, ἑλκύσει δὲ καὶ τὸν σίδηρον ἡ μαγνῆτις, πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς αἰτίαν τῆς ἀκολουθίας τῶν πραγμάτων γινομένης. ἐὰν δὲ ταῦτα προσέλθῃ ἃ φυσικῶς ἀντιπαθεῖ, οὐδέτερον ἀποβήσεται. οὕτως καὶ τὸν γενεθλιαλογικὸν νομίζειν λόγον. καὶ γὰρ σκορόδου παρατριβέντος τῇ μαγνήτιδι, οὐχ ἑλκυσθήσεται ὁ σίδηρος ὑπὸ αὐτῆς. καὶ τὸ ἕλκος δὲ οὐ ποιήσει νομὴν ἢ σῆψιν, προσελθόντων τῶν ἀντιπαθούντων. καὶ τὰ συμβαίνοντα οὖν τοῖς ἀνθρώ-

ποις,

πτοις, οὕτω συμβαίνει κατ' ἀκολουθίαν φυσικῆς τάξεως, ἢ διὰ τὸ μὴ εὑρίσκεσθαι τὰ ἀντιπαθοῦντα, ἢ διὰ τὸ ἀγνοεῖσθαι. Πάλιν δὲ φυσικῶς καὶ κατὰ τάξιν προγνωσθέντα τὰ συμβησόμενα, καὶ τῶν ἀντιπαθούντων εὑρεθέντων, ἢ παντελῶς οὐ συμβήσεται, ἢ κἂν συμβῇ, μετριώτερα ἔσται. Ὅλως δὲ θαυμάσειέ τις, πῶς καὶ ἐπὶ τῶν καθόλου καὶ ἐπὶ τῶν μερικῶν τῆς τοιαύτης ἀκολουθίας ὑπαρχούσης, διὰ ποίαν αἰτίαν ἐπὶ μὲν τῶν καθόλου πιστεύουσιν, ὅτι δυνατόν ἐστι προγινώσκειν, καὶ χρήσιμον ἡγοῦνται εἰς τὸ προφυλάσσεσθαι· ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ μέρος, τοῦτο αὐτὸ οὐ παραδέχονται. καὶ γὰρ τοὺς καιροὺς, καὶ τῶν ἀπλανῶν τὰς ἐπισημασίας ὁμολογοῦσιν οἱ πολλοὶ προγινώσκειν, καὶ τοὺς συσχηματισμοὺς τῆς ☽, καὶ προνοοῦνται εἰς τὸ φυλάσσειν ἑαυτοὺς, καὶ προπαρασκευάζουσι μὲν τὰς φύσεις ἑαυτῶν ἐπὶ τὸ εὔκρατον, πρὸς μὲν τὸ θέρος διὰ τῶν ψυχόντων, πρὸς δὲ τὸν χειμῶνα διὰ τῶν θερμαινόντων. παραφυλάσσονται δὲ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων τὰς ἐπισημ-

nibus accidunt naturalis ordinis ſerie, ita evenire par eſt, vel quod impedientia non reperiuntur, vel quod ignorentur. Et rurſus ordine congruo, naturalique eventus præcogniti, ſi obſiſtentia comperiantur, aut prorſus evertuntur, aut ſi obvenerint, mitigantur. Illud præterea non nemini admirationi erit, qua nam ratione cum, & in generalibus, & in particularibus idem rerum ordo conſpiciatur, in generalibus perſuaſum habent prænotionem eſſe poſſe, eamque utilem adſemet perſervandos exiſtimant, in particularibus vero reſpuunt, damnantque. tempeſtates enim, & ſtellarum fixarum ſignificationes, Lunæque figurationes ſe tenere plerique fatentur, & providentia adhibita ſibi cavent, naturasque ſuas ad tranquillam temperiem æſtate quidem frigidis, hyeme calidis præparant. Obſervant idem, & fixorum ſiderum

significationes, ut temporum injurias arceant, dum navigationi se dedũt. Quinimo & in coitu animantium, & in plantis serendis Lunæ aspectus considerant, ut in plenilunio fiant, & nemo generalia hæc fieri posse negat, neque tanquam inutilia condemnat. De particularibus vero, velut frigore, & æstu, quæ vel propria temperie vel aliarum proprietatum mixtura magis, & minus crescunt, decrescuntq; omnem prænotionem negant, affirmantque minime fieri posse, ut à multis nobis caveamus. Et tamen, si manifestum est generales illos æstus minus sentire, qui frigidis se muniverint; qua nam ratione id quoque similiter in particulari illo, proprioque temperamento, & ab immodico calore oppresso præparatio non perficiat. Verum hujusce existimationis causa est prænotionis rerum particularium difficultas & exquisita, veraq; administra-

μασίας πρὸς τὸ ἀσφαλὲς τῶν καιρῶν, καθ' οὓς ἀνάγονται πλέοντες. καὶ τὰς συνουσίας δὲ τῶν ζώων, καὶ τὰς φυτείας ποιοῦσιν ἐπιτηροῦντες τοὺς σχηματισμοὺς τῆς ☽, τοὺς κατὰ πλήρωσιν τοῦ φωτὸς αὐτῆς. καὶ οὐδεὶς τὰ καθολικὰ ταῦτα οὔτε ὡς ἀδύνατα νομίζει, οὔτε ὡς ἄχρηστα. ἐπὶ δὲ τῶν μερικῶν, οἷον χειμώνων ἢ καυμάτων ἐπιπλέον ἢ ἔλαττον γινομένων, ἔκ τε τῆς αὐτῶν ἰδιοκρασίας, καὶ τῶν ἰδιωμάτων τῆς τῶν ἄλλων συγκράσεως, οὔτε προγινώσκειν ἡγοῦνται δυνατὸν, οὔτε τὸ ἐγχωρεῖν τὰ πολλὰ προφυλάξασθαι. καίτοι εἰ φανερὸν, ὅτι πρὸς τὰ καθολικὰ καύματα προκαταψυχθέντες ἔλαττον καυσούμεθα, πῶς οὐχὶ τὸ αὐτὸ δυνήσεται ποιεῖν ἡ ὁμοία προπαρασκευὴ πρὸς τὴν μερικὴν καὶ ἰδίως τοιαύτην σύγκρασιν, καὶ συνεχομένην ὑπὸ ἀμετρίας θερμότητος; ἀλλὰ τῆς τοιαύτης ὑπολήψεως αἴτιον ἐστὶ, τό, τε δύσκολον τῆς προγνώσεως τῶν κατὰ μέρος, καὶ ἡ σὺν ἀκριβείᾳ καὶ ἀληθείᾳ τούτων μεταχείρησις.

καὶ ὅτι διὰ τὸ σπανίως εὑρίσκεσθαί τινα οὕτως ἔχοντα διάθεσιν τελείαν, ὥστε μηδὲν αὐτὸν διαλαθεῖν τῶν ἀντιπαθούντων, οὐ συνάπτεται μετὰ τῆς προγνώσεως ἡ ὡς ἐπιπολὺ ἀντιπαθοῦσα δύναμις, τῇ διὰ τὰς πρώτας φύσεις ἀνεμποδίστως ἀποτελουμένῃ, μὴ συναπτομένη δὲ, δόξαν ποιεῖ περὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἀποβησομένων, ὡς ἄτρεπτα τέ ἐστι, καὶ φυλάξασθαι αὐτὰ ἀδύνατον. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τοῦ προγνωστικοῦ ἄξιον σπουδῆς ἐφαίνετο τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, κἂν μὴ διαπαντὸς ἄπταιστον ᾖ, οὕτως ἄξιον ἔσται σπουδῆς καὶ τὸ προφυλακτικόν· καὶ εἰ μὴ πάντων, ἀλλὰ τινῶν φέρει τὴν θεραπείαν, ἄξιον διὰ τοῦτο ἀγαπᾶν αὐτὸ, καὶ κέρδος οὐ μέτριον νομίζειν. τοῦτο δὲ φαίνονται καὶ αἰγύπτιοι συνιδόντες, οἱ μάλιστα τὴν τοιαύτην δύναμιν εὑρόντες τῆς τέχνης, καὶ διὰ τοῦτο τῷ τῆς ἀστρονομίας προγνωστικῷ προσέμιξαν πανταχοῦ τὴν ἰατρικήν. εἰ γὰρ ἐδόξαζον ἀκίνητα καὶ ἀμε-

tio, & quod, cum raro aliquis inveniatur naturæ adeo felicis, perfectæque ut nihil eum contrariorum, ac impedientium lateat, cum prævisione ut plurimum adversaria vis non cohæret, illi, quæ propter primas causas sine ullo impedimento sortietur effectum. Et cum non cohæreat, de omnibus effectibus eam sententiam ingerit, immutabiles esse, nec posse caveri. Quemadmodum autem in prænotione dignum consideratione videbatur, quod posset esse, licet non usquequaque ab erroribus libera, sed falleretur quandoque, sic & pars hæc præservativa studiosè amplectenda est, & si non omnibus, sed nonnullis tantum Medicinam afferat. Propterea digna est, quæ intima apud nos fiat, & magni lucri instar ducenda. Hoc Ægyptii oppidò intellexisse videntur, qui ante alios vim hujus facultatis experti, ubiq; Astronomicis prædictionibus Medicinæ præcepta adjunxerunt. Nam si futura neque averti, neque tolli

posse opinati fuissent, nunquam ad ambientis causas, vel præsentes, vel imminentes, generales, vel particulares averruncandas expiationes nescio quas, & remedia, & amuleta proposuissent. Nunc vero naturalem causæ productionem, & ordinem secundo loco ponentes, causam etiam quæ juxta alias naturas obsistit, vi, facultatiq; prænotionis, compositiones, quas illi Iatromathematicas vocant, & ex his utilem sane, & proficuam methodum adjunxerunt, ut ex astrorum contemplatione, rerum subjectarum proprietates, & accidentia propter ambientis cœli figuram, & propriæ eorum causæ dijudicarentur; ex Medica vero arte quæ singulis effectibus convenirent, vel dissentirent agnoscerentur. Sicque præsentium morborum remedia, & futurorum accessiones haberent. Etenim sine Astronomica cognitione remedia, quæ à Medicina petuntur, ut plurimum in cassum habitura

τὰ τέλεια τὰ ἐσόμενα, οὐκ ἄν ποτε πρὸς τὰς ἐκ τοῦ περιέχοντος αἰτίας ἢ παρούσας, ἢ ἐπερχομένας, ἢ καθολικὰς, ἢ μερικὰς, ἐξιλασμούς τινας καὶ θεραπείας καὶ φυλακτήρια ἐποιοῦντο. νῦν δὲ τῆς αἰτίας τῆς κατὰ φυσικὴν γένεσιν καὶ τάξιν, τιθέμενοι ἐν δευτέρῳ λόγῳ καὶ τὴν κατὰ τὰς ἄλλας φύσεις ἀντιβαίνουσαν αἰτίαν, συνέζευξαν τῇ δυνάμει τῆς προγνώσεως διὰ τῶν καλουμένων παρ' αὐτοῖς ἰατρομαθηματικῶν, καὶ τὴν ἐκ τούτων χρησιμεύουσαν καὶ ὠφέλιμον αἰτίαν· ἵνα διὰ μὲν τῆς ἀστρονομίας ἡ ποιότης τῶν ὑποκειμένων συγκράσεων, καὶ τὰ συμπτώματα τὰ διὰ τὸ περιέχον ἐσόμενα, καὶ ἡ ἰδία αὐτῶν αἰτία γινώσκηται, διὰ δὲ τῆς ἰατρικῆς τὰ πρὸς ἕκαστα τῶν γινομένων συμπαθοῦντα ἢ ἀντιπαθοῦντα γνωρίζηται. καὶ οὕτως τῶν μὲν ἐνεστώτων παθῶν αἱ θεραπεῖαι, τῶν δὲ μελλόντων αἱ προφυλακαὶ παραλαμβάνονται. ἄνευ γὰρ τῆς δι' ἀστρονομίας γνώσεως, ἔμελλεν ὡς ἐπιπολὺ τῆς ἰατρικῆς ἡ βοήθεια διαπίπτειν,

πλὴν, ὅτε δὴ μὴ πᾶσι τοῖς σώμασιν ἢ πάθεσιν τῶν αὐτῶν βοηθημάτων ὄντων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕως τοσούτου, ὡς ἐν συντόμῳ προδιετυπώθη. ποιησόμεθα δὲ τὸν λόγον ἐφεξῆς, ὡς ἐν εἰσαγωγῇ, ἀρξάμενοι περὶ τῆς ἑκάστου ποιητικῆς ἰδιοτροπίας τῶν οὐρανίων, ἀκολουθοῦντες τοῖς παλαιοῖς, καθ' ὡς ἐκεῖνοι φυσικῷ παρετήρησαν τρόπῳ· καὶ πρῶτον περὶ τῆς τῶν πλανωμένων ἀστέρων δυνάμεως, καὶ ☉ καὶ ☽.

erant. Cum non omnibus corporibus, vel morbis eadem remedia præstò sint. Sed hæc breviter, & compendio jam explicata, dicta sint satis. Nunc vero deinceps veluti in introductione ordientes, sermonem instituemus, de cœlestium omnium proprietate, atque natura, vestigiis antiquorum insistentes, juxta eorum observationes ad Physicam rationem conformatas. Et primum de stellarum errantium, & Solis, & Lunæ facultate.

Κεφ. δ'.

Περὶ τῆς τῶν πλανωμένων ἀστέρων δυνάμεως.

Ὁ ☉ καταλαμβάνεται, ὅτι φύσιν ἔχει ποιητικὴν θερμότητος καὶ ξηρότητος μετρίως. ταύτης δὲ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἄστρων παρέχει τὴν αἴσθησιν, ἔκ τε τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς μεταβολῆς τῶν καιρῶν τρανῶς. ἐπεὶ ὅσον πλέω ἐγγίζει πρὸς τὸν τόπον τὸν κατὰ κορυφὴν ἡμῶν, ποιεῖ ἡμᾶς μᾶλλον θερμαίνεσθαι, καὶ πρὸς τὴν φύσιν αὐτοῦ διακεῖσθαι. ἡ δὲ ☽ φύσιν ἔχει τὸ

Cap. IV.

De stellarum errantium facultate.

SEnsu percipitur Solem natura sua calefacere, moderateq; desiccare. Hujus effectus ipse ante alios sua magnitudine, & evidenti temporum mutatione, vim sensibus ingerit; quandoquidem quò propius, & verticis nostri apicem ascendit, eo magis calorem in nobis excitat, & ad suam naturam disponit. Lunæ potissima vis in hu-

mectando consistit, proximior enim terræ vapores humidos haurit, & quam evidenter corpora afficit, dum mollia reddit, & putrefacit, sed propter Solis illustrationes aliquantulum calefaciendi vim habet. Saturnus frigefacit, & deficcat, cum à calore Solis, & terræ humiditatibus longissime absit. Verum in frigefaciendo abundat, in exsiccando moderatior est. Sic & Planetæ reliqui ex aspectibus, quibus Solem, & Lunam intuentes configurantut, vires sibi sumunt; etenim, ut videntur, ambientis constitutionem alio, atque alio modo proposito variant. Martis stella potissimum desiccat, & propter naturam igneam, cujus color ipse quoque indicio est, & cum Sole vicinitatem atque confinium, illi namque solaris orbis subest, adurit. Stella Jovis temperatæ naturæ est, tanquam quæ inter Saturni, algores, exustionesque Martis media feratur. Itaque

πλεῖστον ὑγραντικήν. ἐπεὶ ἐγγυτέρα τῆς γῆς οὖσα, προσλαμβάνει τὰς τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεις, καὶ ποιεῖ οὕτως φανερῶς καὶ τὰ σώματα, ἁπαλύνουσα καὶ διασήπουσα αὐτά. διὰ δὲ τοῦ ἀπὸ τοῦ ☉ φωτισμοῦ, μετέχει καὶ μετρίας θερμότητος. Ὁ δὲ ♄ ψύχει καὶ ξηραίνει, ἐπειδὴ τῆς τε θερμασίας τῆς τοῦ ☉, καὶ τῶν ἀναθυμιάσεων τῆς γῆς πλεῖστον ἀπέχει. ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχρὸν πλέον ἔχει, τὸ δὲ ξηρὸν μετριώτερον. καὶ οὗτος δὲ καὶ οἱ λοιποὶ προσλαμβάνουσι δυνάμεις, καὶ ἐκ τῶν σχηματισμῶν, οὓς πρὸς τὸν ☉ καὶ τὴν ☽ τηροῦντες ποιοῦνται. ἐπειδὴ φαίνονται τὴν κατάστασιν τοῦ περιέχοντος, οἱ μὲν ἄλλως, οἱ δὲ ἄλλως τρέποντες. Ὁ δὲ τοῦ ♂ ξηραίνει μάλιστα, καὶ καυστικός ἐστι, διά τε τὸ πυρῶδες αὐτοῦ, ὅπερ καὶ ἐκ τοῦ χρώματος δείκνυται, καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ☉. ὑπόκειται γὰρ αὐτῷ ἡ ἡλιακὴ σφαῖρα. Ὁ δὲ τοῦ ♃ εὔκρατον ἔχει δύναμιν, διὰ τὸ ποιεῖν τὴν κίνησιν μεταξὺ τῆς τε ψύξεως τῆς ἀπὸ τοῦ ♄, καὶ τῆς καύσεως τοῦ τοῦ ♂. θερμαίνει οὖν ἅμα,

ἅμα, καὶ ὑγραίνει, ἀλλὰ τὸ πλέον ἔχει τὸ θερμὸν διὰ τὰς ὑποκειμένας αὐτῷ σφαίρας. ὅθεν καὶ πνεύματα ποιεῖ γόνιμα. καὶ ὁ τῆς ♀ δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει εὐκρασίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐναντίον. θερμαίνει γὰρ ἔλαττον διὰ τὴν πρὸς τὸν ☉ ἐγγύτητα· ὑγραίνει δὲ πλέον ὥσπερ ἡ ☽, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἰδίων φώτων, ἰδιοποιούμενος καὶ αὐτὸς τὴν ἀναθυμίασιν τῆς ὑγρότητος τῆς γῆς. Ὁ δὲ τοῦ ☿ ἐξ ἴσου ποτὲ μὲν ξηραίνει, ποτὲ δὲ ὑγραίνει. καὶ ξηραίνει μὲν ἐξικμαστικὸς ὢν τῆς τῶν ὑγρῶν. διότι οὐδέποτε κατὰ μῆκος πολὺ χωρίζεται τοῦ ☉. ὑγραίνει δὲ, ὅτι ἐπίκειται τῇ σφαίρᾳ τῆς ☽, πλησίον οὔσῃ τῆς γῆς. ποιεῖται οὖν ὀξέως τὰς ἐπ᾽ ἀμφότερα μεταβολὰς, ὥσπερ πνευματούμενος ὑπὸ τοῦ ὀξέως συγκινεῖσθαι τῷ ☉.

calefacit ſimul, & humectat, ſed propter ſubjectos ſibi orbes calefaciendi vi præcellit; hinc & ventos quos excitat, fæcundos reddit. Veneris eodem temperamento pollet, ſed ratione diverſa, namque uti Solis vicina calefacit, ſed minus, magis verò, & æque ac Luna humectat ſuorum luminum magnitudinem vapores humidos terræ, & ipſa ſibi vindicans. Mercurii pari fere vi exſiccat, humectatque, & exſiccat quidem cum humida abſorbeat, nunquam enim ſecundum longitudinẽ procul à Sole recedit, humectat vero quod orbi Lunæ quæ proxima terræ eſt inſidet. Celerrimè itaque in utramque partem mutationes facit, tanquam qui inflatur à veloci ſua cum Sole motione.

Κεφ. ε'.

Περὶ ἀγαθοποιῶν καὶ κακοποιῶν.

ΤΩν τεσσάρων χυμάτων δύο μὲν ἐστὶ γεννητικὰ καὶ ποιητικὰ, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρόν· διὰ τούτων γὰρ πάντα συνέχε-

Cap. V.

De beneficis, & maleficis.

QUatuor humorum duo ſunt fœcundi, & activi calidus, & humidus, ex his enim omnia coaleſcunt, & augen-

augentur, duo exitiales, & noxii ſiccus & frigidus, per hoc enim omnia diſſoluuntur, & pereunt. Duo itaque Planetas beneficos eſſe Jovis ſcilicet, & Veneris, tum propter eorum temperatas naturas, tum propter in eis calidi, humidique affluentiam, tradidit Antiquitas, Lunam etiam propter eandem rationem. Saturni, & Martis, quod contrariæ ſint naturæ quidem propter immodicum algorem, illum propter immanẽ exſiccandi vim maleficos exiſtimavit. Solis & Mercurii naturæ, tanquam qui utraque poſſint, ſeſeque accommodent ad eorum naturam, ad quos acceſſerint.

Cap. VI.

De Maſculinis & Fœmineis.

CUm duo primarii ſexus ſint, Maſculinus, & Fœmineus, & Fœmineum genus plurimum humiditatis participet, propterea Lunam & Venerem, quod large humiditate redundant, vocavere fœmineos; Solem,

ται καὶ αὔξεται. δύο δὲ ἐστὶ τὰ φθαρτικὰ καὶ παθοποιά, τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ψυχρόν. διὰ τούτων γὰρ πάντα διαλύεται καὶ φθείρεται. τοῖς οὖν παλαιοῖς δύο μὲν τῶν πλανητῶν ὡς ἀγαθοποιοὶ ἐνομίσθησαν, ὅ, τε ♃, καὶ ὁ τῆς ♀, διὰ τὴν εὐκρασίαν αὐτῶν, καὶ ὅτι πλεονάζει ἐν αὐτοῖς τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ὑγρόν. ἔτι δὲ ἡ ☽ διὰ τὰ αὐτά. ὁ δὲ τοῦ ♄, καὶ ὁ τοῦ ♂, τῆς ἐναντίας ἐνομίσθησαν φύσεως, καὶ κακοποιοί· ὁ μὲν διὰ τὴν πολλὴν ψύξιν, ὁ δὲ διὰ τὴν πολλὴν ξηρότητα. ὁ δὲ ☉, καὶ ὁ τοῦ ☿, κοινῆς δυνάμεως, ὡς ἀμφότερα δυνάμενοι, καὶ συντρεπόμενοι, πρὸς οὓς ἂν γίνωνται.

Κεφ. ϛ'.

Περὶ ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν.

τὴν μετάβασιν εἰς τὸ ὑψηλὸν καὶ βόρειον ἡμικύκλιον· ὅταν δὲ ἐν ταῖς χηλαῖς γένηται, ποιεῖται τὴν μετάβασιν εἰς τὸ ταπεινὸν καὶ νότιον· τὸν μὲν ♈ ὡς ὕψωμα ἔταξαν, ἐν ᾧ καὶ τὸ μέγεθος τῆς ἡμέρας ἄρχεται, καὶ τὸ θερμαντικὸν τῆς φύσεως τοῦ ☉ αὔξει. ταπείνωμα δὲ ἔταξαν τὰς χηλὰς, διὰ τὰ ἐναντία. πάλιν δὲ ὁ τοῦ ♄, ἵνα πρὸς τὸν ☉ ἔχῃ διάμετρον στάσιν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν οἴκων, ἔλαβεν ὕψωμα τὸν ζυγὸν ἀντικειμένως, τὸν δὲ ♈ ταπείνωμα. ὅπου γὰρ τὸ θερμὸν αὔξεται, ἐκεῖ τὸ ψυχρὸν μειοῦται· καὶ ὅπου τὸ ψυχρὸν αὔξει, ἐκεῖ τὸ θερμὸν μειοῦται. πάλιν ἐπειδὴ ἐν τῷ ὑψώματι τοῦ ☉, τουτέστιν, ἐν τῷ ♈ συνοδεύουσα ἡ ☽ πρώτην ποιεῖται τὴν φάσιν καὶ ἀρχὴν τῆς αὐξήσεως τοῦ φωτὸς, καθ' ὡς ἐν τῷ πρώτῳ ζῳδίῳ τοῦ ἰδίου τριγώνου, τουτέστιν ἐν τῷ ♉, ὕψωμα καὶ ἐκείνης τοῦτο ἐκλήθη, ταπείνωμα δὲ τὸ διάμετρον τὸ τοῦ ♏. μετὰ ταῦτα δὲ ὁ μὲν τοῦ ♃ τῶν βορείων καὶ γονίμων πνευμάτων ἀποτελεστικὸς ὑπάρχων, ἐπειδὴ ἐν τῷ

limem, borealemque femicirculum tranfitum facit, cum ad Chelas acceflerit in humilem, auftralemque defcendit. Arieti altitudo aflignata eft, in quo & dies fua fpatia prorogare incipit, & Sol acrius intenfiusque calefacit. Propter contrarias caufas, dejectionem in Chelis pofuere. Rurfus Saturnus, ut Sol contrariam ftationẽ habet, quemadmodum, & in domibus altitudinem, Libram fortitus eft, & ex oppofito Arietem, dejectionem. Vbicunque enim calor vires accipit, ibidem frigus remittitur, & ubi frigus crefcit, ibi calor minuitur. Item cum in altitudine Solis, hoc eft in Ariete Luna congreffa primam emittat lucem, principiaque crefcendi luminis ponat, quemadmodum in primo fui trianguli figno, hoc eft in Tauro, Taurus illius altitudo tradita eft, & eidem oppofitum Scorpii fignum dejectio. Præterea Jovis ftella aquilonarium, fæcundorumque ventorum effectrix cum in

Cancro

Cancro maximè fiat borealis, viresque majores acquirat, Cancrum altitudinem habuit, dejectionem vero Capricornum. Martis Stella natura urens cum in Capricorno maxime sit æstuosus quod & maxime australis, ipse quoque altitudinem habuit Capricornum, qui oppositus est Jovi, dejectionem Cancrum. Sic & Veneris natura sua humectans, cum magis & magis in Piscibus humidior fiat, in quibus, & principium aëris humidi dignoscitur, ipsaque viribus plurimũ augeatur. Pisces altitudinem habuit, dejectionem Virginem. Mercurii tandem, cum contrariæ sit naturæ, aridiorisque contra altitudinem, Virginem, tunc enim siccum, autumnus videlicet apparere incipit, dejectionem Pisces sortita est.

Cap. XXIII.

De Finium dispositione.

Finium ratio ad dominationem triangulorum duplex est, altera Ægyptia,

♋ μάλιστα γίνεται βορειότατος, καὶ αὔξουσαν ἔχει τὴν ἰδίαν δύναμιν, τοῦτον ἔλαβεν τὸ ὕψωμα, ταπείνωμα δὲ τὸν ♑. ὁ δὲ τοῦ ♂ ἐπειδὴ φύσει καυσώδης ὤν, μᾶλλον γίνεται καυστικώτατος ἐν τῷ ♑, διὰ τὸ νοτιώτατος γίνεσθαι, καὶ αὐτὸς ἔλαβεν ὕψωμα τὸν ♑ ἀντικείμενον ὑπάρχοντα τῷ τοῦ ♃· ταπείνωμα δὲ ἔχει τὸν ♋. πάλιν ὁ τῆς ♀ ὑγραντικὸς ὢν φύσει, ἐπειδὴ μᾶλλον ἐν τοῖς ♓ ὑγραντικώτερος γίνεται, ἐν οἷς καὶ ἡ ἀρχὴ προφαίνεται τοῦ ὑγροῦ ἀέρος, καὶ αὐτὸς ὡς ἐν τοῖς ♓ αὔξων τὴν οἰκείαν δύναμιν, τούτους ἔλαβεν ὕψωμα, ταπείνωμα δὲ τὴν ♍. ὁ δὲ τοῦ ☿ ἐπειδὴ ἐναντίαν ἔχει φύσιν, ὑπόξηρος μᾶλλον ὑπάρχων, καὶ αὐτὸς κατὰ τὸ ἀντικείμενον ὕψωμα ἔλαχεν τὴν ♍. τότε γὰρ τὸ ξηρὸν, τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ μετόπωρον, προφαίνεται· ταπείνωμα δὲ ἔλαχεν τοὺς ♓.

Κεφ. κγ΄.

Περὶ ὁρίων διαθέσεως.

Ὁ δὲ τῶν ὁρίων τρόπος ὁ πρὸς τὰς οἰκοδεσποτείας τῶν τριγώνων, διπλοῦς ἐστιν· ὁ μὲν αἰγύπτιος, ὁ δὲ χαλ-

χαλδαϊκός· ὁ μὲν οὖν αἰγύπτιος, οὐ σώζει τὴν ἀκολουθίαν οὔτε τῆς τάξεως, οὔτε τῆς ποσότητος. ἐπὶ μὲν τῆς τάξεως, ὅτι ἔδωκαν τὰ πρωτεῖα, ποτὲ μὲν τοῖς κυρίοις τῶν οἴκων, ποτὲ δὲ τοῖς κυρίοις τῶν τριγώνων, ποτὲ δὲ τοῖς κυρίοις τῶν ὑψωμάτων. Ἐπὶ παραδείγματος οὖν εἴδωμεν τὸ σφάλμα τῆς τάξεως, εἰ μὲν τοῖς οἴκοις ἀκολουθοῦσιν, διὰ τί πρῶτον λαμβάνει ὁ ♄ ἐν τῷ ζυγῷ εἰ τύχοι, καὶ οὕτως ὁ τῆς ♀. καὶ διὰ τί ὁ τοῦ ♃ ἐν τῷ ♈. καὶ οὕτως ὁ τοῦ ♂. εἰ δὲ τοῖς τριγώνοις ἀκολουθοῦσιν, διὰ τί ὁ τοῦ ☿ λαμβάνει πρῶτον ἐν ♑, καὶ οὕτως ὁ τῆς ♀. εἰ δὲ τοῖς ὑψώμασιν ἀκολουθοῦσιν, διὰ τί ὁ τοῦ ♂ ἐν ♋, καὶ οὕτως ὁ τοῦ ♃. εἴτε ἀκολουθοῦσι τοῖς ἔχουσι τὰ πλεῖστα τούτων, διὰ τί λαμβάνει ὁ τοῦ ☿, ἔχων τρίγωνον μόνον ἐν τῷ ♒, καὶ οὐ λαμβάνει ὁ ♄ ἔχων αὐτὸν καὶ οἶκον καὶ τρίγωνον. ἢ διὰ τί ὅλως ἐν ♑ ὁ τοῦ ☿ πρῶτον λαμβάνει, μηδένα λόγον ἔχων οἰκοδεσποτείας πρὸς τὸ ζώδιον. τὴν αὐτὴν

Chaldaica altera. Ægyptia neque ordinis neque numerorum conſequentiam ſervat. Non ordinis quod primas partes nunc domiciliorum, nunc triangulorum, quandoque etiam altitudinem dominis præſtitit. Exemplo itaque ordinis erratum deprehendamus. ſi domiciliorum dominos conſiderat, cur primas obtinet Saturnus in Libra, ſi id contingerit, & ſic deinceps Venus, & cur Jupiter in Ariete, & ſic deinceps Mars? Si triangulis animum advertit, cur Mercurio princeps locus in Capricorno tribuitur & ſecundus Veneri? Si altitudines reſpexit, cur Mars in Cancro, ac non potius Jupiter. Quod ſi majorem horum partem protendit, cur principem locum Mercurio exhibet, qui nonniſi triangulum habet in Aquario, & non potius Saturno, qui illi præeſt, tanquam domicilio, & trigono? & cur item in Capricorno Mercurio primi fines attributi ſunt, cum ei non præſit ullo modo, nec ad illud rationem ullam habeat? Hanc

ſeriem

ſeriem & in aliis obſervatam fuiſſe, facili negotio quilibet animadvertet. Numerus item finium inconcinne admodum traditur. Numerus quippe ſingularum ſtellarum ex omnibus collectus, ad cujus numeri normam tempora partiuntur, nullam habet rationem, neque probabilem, neque propriam. Quin etiam, ſi tali numero fidem adhibeamus, eſſe ſcilicet omnium ſtellarum, ut ab Ægyptiis aſſeveratur, licet ſæpius etiam alias talis numerus in ſignis immutatus fuerit, numerum eundem colligi deprehẽdemus. Porro quod nonnulli perſuadere conantur, & captioſis argumentationibus probare præſumunt, in omni climate conformata tempora ſecundum rationem aſcenſionum in unaquaque ſtella eundem numerum conflari. Id plane falſum eſt. Nam primo vulgaribus traditionibus inſiſtunt, quæ planis aſcenſionum eminentiis nituntur falſis, & ab omni veritate alienis, quarum du-

δὲ ἀκολουθίαν θεωρήσει τίς, φαινομένην καὶ ἐπὶ τῆς λοιπῆς τάξεως. Καὶ ἡ ποσότης δὲ τῶν ὁρίων οὐκ ἔχει ἀκολουθίαν. ὁ γὰρ ἐπισυναγόμενος ἀριθμὸς καθ' ἕνα ἕκαστον ἀστέρα ἐκ πάντων, πρὸς ὅντινα ἀριθμὸν τὰ χρονικὰ ἐπιμερίζεται, οὐδένα ἔχει λόγον ἀποδεικνύμενον, οὐδὲ οἰκεῖον. ἐὰν δὲ καὶ πιστεύωμεν τῷ ἀριθμῷ τούτῳ ὡς ἐπισυνάγεται καθ' ἕνα ἕκαστον ἀστέρα, ὡς ἀληθῶς ὑπὸ τῶν αἰγυπτίων ὁμολογουμένῳ, εὑρεθήσεται μὲν καὶ ἄλλως πολλαχῶς ἐναλλαμένης τῆς ποσότητος τῆς κατὰ τὸ ζώδιον, ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ συναγόμενος· καὶ ὅτι τινὲς ἐπιχειροῦσι πιθανολογεῖν καὶ σοφίζεσθαι, ὡς κατὰ παντὸς κλίματος οἱ σχηματιζόμενοι χρόνοι κατὰ τὸν ἀναφορικὸν λόγον, καθ' ἕκαστον ἀστέρα τὴν αὐτὴν ἐπισυνάγουσι ποσότητα. τοῦτο δὲ ψεῦδος. πρῶτον μὲν γὰρ ἀκολουθοῦσι τῇ κοινῇ πραγματείᾳ, τῇ συνισταμένῃ πρὸς τὰς ὁμαλὰς ὑπεροχὰς τῶν ἀναφορῶν, ἥτις οὐδὲ ὅλως ἐγγίζει τῇ ἀληθείᾳ, καθ' ἣν ἐπὶ τοῦ παραλ-

παραλλήλου τοῦ διὰ τῆς κάτω χώρας τῆς αἰγύπτου, τὸ μὲν τῆς ♍ καὶ τῶν χηλῶν δωδεκατημόριον, ἐν τριάκοντα ὀκτὼ χρόνοις καὶ τρίτῳ, ἕκαστον ἀναφέρεται. τὸ δὲ τοῦ ♌ καὶ τοῦ ♏, ἕκαστον ἐν τριάκοντα πέντε. δείκνυται δὲ διὰ τῶν γραμμῶν, ὅτι ταῦτα μὲν ἐν πλείοσι χρόνοις τῶν τριάκοντα πέντε ἀναφέρεται. τὸ δὲ τῆς ♍ καὶ τῶν χηλῶν, ἐν ἐλάττοσιν. ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἐπιχειρήσαντες τὸ τοιοῦτον κατασκευάζειν, οὐδὲ οὕτως φαίνονται ἀκολουθήσαντες τῇ φερομένῃ ποσότητι τῶν ὁρίων παρὰ τοῖς πλείστοις, καὶ τὰ πολλὰ διαψεύδεσθαι ἀναγκαζόμενοι. εἶτα βιαζόμενοι σῶσαι τὸν σκοπὸν αὐτῶν, χρῶνται καὶ μορίοις μορίων, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπιτυγχάνουσιν ἀληθινοῦ σκοποῦ. τὰ οὖν φερόμενα παρὰ τοῖς πολλοῖς διὰ τὴν ἀξιοπιστίαν τῆς ἄνωθεν παραδόσεως, οὕτως ἔχει.

ctu in paralello inferioris Ægypti Virginis, ac Chelarum ſignum triginta octo, & triente, Leonis vero, & Scorpii triginta quinque temporibus aſcendit. Verum demonſtrationibus linearibus oſtenditur, hæc pluribus temporibus quam triginta quinque. Virginis vero, & Chelarum paucioribus aſcendere. Præterea qui id ſtatuere præſumpſere, neque ita finium numerum qui apud quamplurimos circumfertur, videntur aſſecuti, licet multa mendacia etiam inviti conflaverint. & cum cogerentur propriam tueri ſententiam portiones portionum commenti ſunt. ſed ſic etiam nihilominus à vero ſcopo aberrant. Fines ergo ut apud multos circumferuntur, ut veteri traditioni quanta ſit fides adhibenda. dignoſcas & ſi propter antiquitatem digna, cui fides adhibeatur, cenſeatur, ita ſe habent.

Ὅρια

Ὅρια κατ' αἰγυπτίȣς.

Κριȣ̃.			Ταύρȣ.			Διδύμων.		
♃	ς	ς	♀	η	η	☿	ς	ς
♀	ς	ιβ	☿	ς	ιδ	♃	ς	ιβ
☿	η	κ	♃	η	κβ	♀	ε	ιζ
♂	ε	κε	♄	ε	κζ	♂	ζ	κδ
♄	ε	λ	♂	γ	λ	♄	ς	λ

Καρκίνȣ.			Λέοντος.			Παρθένȣ.		
♂	ζ	ζ	♃	ς	ς	☿	ζ	ζ
♀	ς	ιγ	♀	ε	ια	♀	ι	ιζ
☿	ς	ιθ	♄	ζ	ικ	♃	δ	κα
♃	ζ	κς	☿	ς	κδ	♂	ζ	κη
♄	δ	λ	♂	ς	λ	♄	β	λ

Ζυγȣ̃.			Σκορπίȣ.			Τοξότȣ.		
♄	ς	ς	♂	ζ	ζ	♃	ιβ	ιβ
☿	η	ιδ	♀	δ	ια	♀	ε	ιζ
♃	ζ	κα	☿	η	ιθ	☿	δ	κα
♀	ζ	κη	♃	ε	κδ	♄	ε	κδ
♂	β	λ	♄	ς	λ	♂	δ	λ

Αἰγοκέρω.			Ὑδροχόȣ.			Ἰχθύων.		
☿	ζ	ζ	☿	ζ	ζ	♀	ιβ	ιβ
♃	ζ	ιδ	♀	ς	ιγ	♃	δ	ις
♀	η	κβ	♃	ζ	κ	☿	γ	ιθ
♄	δ	κς	♂	ε	κε	♂	θ	κη
♂	δ	λ	♄	ε	λ	♄	β	λ

Fines

Fines secundum Aegyptios

Arietis			Tauri			Geminorum		
♃	6	6	♀	8	8	☿	6	6
♀	6	12	☿	6	14	♃	6	12
☿	8	20	♃	8	24	♀	5	17
♂	5	21	♄	5	27	♂	7	24
♄	5	30	♂	3	30	♄	6	30

Cancri			Leonis			Virginis		
♂	7	7	♃	6	6	☿	7	7
♀	6	13	♀	5	11	♀	10	17
☿	6	19	♄	7	18	♃	4	21
♃	7	26	☿	6	24	♂	7	28
♄	4	30	♂	6	30	♄	2	30

Libræ			Scorpii			Sagittarii		
♄	6	6	♂	7	7	♃	12	12
☿	8	14	♀	4	11	♀	5	17
♃	7	21	☿	8	19	☿	4	21
♀	7	28	♃	5	24	♄	5	24
♂	2	30	♄	6	30	♂	4	30

Capricorni			Aquarii			Piſcium.		
☿	7	7	☿	7	7	♀	12	12
♃	7	14	♀	6	13	♃	4	16
♀	8	22	♃	7	20	☿	3	19
♄	4	26	♂	5	25	♂	9	28
♂	4	30	♄	5	30	♄	2	30

Horum singulorum numerus ita colligitur Saturni quidem 57, Jovis 79, Martis 66, Veneris 82, Mercurii 76, omnes simul 360.

Chaldaica ratio simpliciorem quidem numeri ordinem & seriem, quam sumit à triangulorum dominiis, probabiliorē continet, nihilominus non adeo concinna est, ut quis possit absque annotatione hæc percipere. Nam in primo triangulo Arietis, Leonis, & Sagittarii eadem signorum divisione etiam apud Chaldæos disposito primas partes trianguli dominus, Jupiter scilicet vindicabit secundas dominus proximi trianguli quæ erit Venus, & sic deinceps Geminorum; post Saturnus, & Mercurius, omnium postremus erit Mars alterius trianguli dominus. In secundo triangulo Tauri, Virginis, & Capricorni similiter juxta signorum ordinem diviso, primus quidem finis erit Veneris, secundus Saturni, tertius Mercurii, quartus Martis, ultimus Jovis. Et in reliquis duobus triangulis idem fere ordo servatur,

Συνάγεται δὲ ἑκάστου αὐτῶν ὁ ἀριθμὸς οὕτως· ♄ μὲν νζ, ♃ οθ, ♂ ξς, ♀ πβ, ☿ ος, γίνονται τξ.

Ὁ δὲ χαλδαϊκὸς τρόπος ἁπλῆν μέν τινα ἔχει τὴν τάξιν τῆς ποσότητος, καὶ μᾶλλον πιθανὴν τὴν ἀκολουθίαν πρὸς τὰς τῶν τριγώνων οἰκοδεσποτείας. ὅμως δὲ οὐκ ἔστιν οὕτως ἱκανὸς, ὥστε δύνασθαί τινα καὶ χωρὶς ἀναγραφῆς ταῦτα κατανοεῖν. ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ τριγώνῳ, ♈ καὶ ♌ καὶ ♐ ἔχοντι παρὰ χαλδαίοις τὴν αὐτὴν διαίρεσιν κατὰ ζῴδιον, πρῶτον μὲν λαμβάνει ὁ κύριος τοῦ τριγώνου, ὁ τοῦ ♃. εἶτα ὁ κύριος τοῦ ἐγγὺς τριγώνου, λέγω δὴ ὁ τῆς ♀. εἶτα ἑξῆς ὁ τῶν ♊, εἶτα ὁ τοῦ ♄, καὶ ὁ τοῦ ☿. καὶ τελευταῖος ὁ ♂, ὁ τοῦ λοιποῦ τριγώνου κύριος. ἐν τῷ δευτέρῳ δὲ τριγώνῳ ♉ καὶ ♍ καὶ ♑, πάλιν τὴν αὐτὴν κατὰ ζῴδιον ἔχοντι διαίρεσιν, πρῶτος μὲν ὁ τῆς ♀, εἶτα πάλιν ὁ τοῦ ♄, καὶ ὁ τοῦ ☿. μετὰ ταῦτα ὁ τοῦ ♂. καὶ τελευταῖος ὁ τοῦ ♃. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ δύο τριγώνων, ἡ τάξις

σχεδὸν

σχεδὸν ὁρᾶται. οἱ μέντοιγε δύο κύριοι τοῦ αὐτοῦ τριγώνου, λέγω δὴ ὁ τοῦ ♄, καὶ ὁ τοῦ ☿, ὁ μὲν τὸ πρῶτον λαμβάνει τῆς τάξεως ὁ τοῦ ♄, ἡμέρας. ὁ δὲ τοῦ ☿, νυκτός. καὶ ἡ ποσότης δὲ ἡ καθ' ἕκαστον ἁπλή ἐστιν. ἵνα γὰρ καταβιβασμὸν τῆς τάξεως τῶν πρωτείων, καὶ ἡ ποσότης τῶν ἑκάστου ὁρίων ὑποβιβασθῇ, ἐκλείπῃ μίαν μοῖραν τῆς προτεταγμένης· ὁ μὲν πρῶτος λαμβάνει πάντοτε μὲν η, ὁ δὲ δεύτερος ζ, ὁ δὲ τρίτος ἕξ, ὁ δὲ τέταρτος ε, ὁ πέμπτος δ. συνάγεται δὴ καὶ ἐκ τούτων, τοῦ μὲν ♄ μοῖραι, ἡμέρας μὲν οη, νυκτὸς δὲ ξϛ. τοῦ δὲ ♃, * οω. τοῦ δὲ ♂, ξθ. τῆς δὲ ♀, οε. τοῦ δὲ ☿, ἡμέρας μὲν † ξϛ, νυκτὸς δὲ οη. γίνεται δὲ τὸ πᾶν τξ. τούτων οὖν τῶν ὁρίων, ἀξιοπιστότερα ἐστὶ τὰ κατὰ τὸν αἰγύπτιον τρόπον. διότι δὲ ἡ ἐπισυναγωγὴ αὐτῶν, ὡς χρήσιμος ἐνεγράφη παρὰ τοῖς συγγραφεῦσι τῶν αἰγυπτίων, καὶ διότι ὡς ἐπιπολὺ συμφωνοῦσιν αὐτοῖς αἱ μοῖραι τῶν ὁρίων ἐν ταῖς κατατεταγμέναις παραδειγματικαῖς γενέ-

ubi autē ſunt domini ejuſdem trianguli duo Saturnus duntaxat , & Mercurius primas ordinis habebit Saturnus interdiu , Mercurius noctu. Numerus itē uniuſcujusq; ſimplex eſt. Vt enim ordine una ſtella priori inferior eſt , ſubinde & numerū finium arctiorem , & parte una præcedenti minorem ſibi arrogat. Et prima quidē ſemper habet partes octo, ſecunda ſeptem , tertia ſex, quarta quinque, quinta quatuor. Ex quibus colliguntur Saturni partes diurnæ ſeptuaginta octo, nocturnæ ſexaginta ſex, Jovis ſeptuaginta duæ, Martis ſexaginta novem, Veneris ſeptuaginta quinque , Mercurii diurnæ ſex & ſexaginta , nocturnæ * οϐ
octo & ſeptuaginta; omnes erunt trecentæ & ſexaginta. † ξη
Inter has finium rationes Ægyptia dignior potiorque videtur , eique plus fidei tribuenda eſt, & quod talium finium collectio tanquam utilis ab auctoribus Ægyptiis ſcripto prodita eſt ; & quod ut plurimum illæ finium partes in nativi-

tatibus ab ipsis loco exempli expositis correspondent. Chaldaicæ vero rationis, cum nec ordo, nec numerus uspiam etiam ab eorum scriptoribus proditus sit, suspicione non caret, & ob inconcinnam ordinis seriem reprehensionem incurrit. Nos vero in antiquum volumen incidimus in quo naturalis ratio ordini & numero eorum congruens, & apta continebatur, ea autem hæc erat.

Cap. XXIV.

De finibus ad mentem Ptolemæi.

IN ordine itaque cujuscunque signi altitudinis, & trianguli, & domicilia assumuntur, & in universum stella duas prærogativas in eodem signo habens, licet malefica sit præponitur; ubi vero non contigerit tales prorogativas esse, in ultimum locum semper maleficæ rejiciuntur. Primas vero occupant altitudinum domini, secundas trianguli, tertias ordine servato do-

σεσι παρ' αὐτῶν· τοῦ δὲ Χαλδαϊκοῦ τρόπου μήτε ἡ σύνταξις, μήτε ὁ ἀριθμὸς, μηδαμοῦ ἐμφανισθέντα, μήτε ὑπ' αὐτῶν τούτων τῶν συγγραφέων, ὕποπτον ποιεῖ τὸν λόγον καὶ διαβεβλημένον τὸ περὶ τὴν τάξιν αὐτῶν ἀνακόλουθον. ἡμεῖς δὲ ἀντιγράφῳ παλαιῷ ἐνετύχομεν, φυσικὸν λόγον καὶ σύμφωνον καὶ τῆς τάξεως καὶ τῆς ποσότητος αὐτῶν περιέχοντι. ἔχει δὲ οὕτως·

Κεφ. κδ'.

Περὶ ὁρίων, ὡς Πτολεμαῖος.

ΕΠὶ μὲν οὖν τῆς τάξεως τῆς καθ' ἕκαστον δωδεκατημόριον, τά τε ὑψώματα, καὶ τὰ τρίγωνα, καὶ οἱ οἶκοι παραλαμβάνονται. καὶ καθ' ὅλου ὁ μὲν ἀστὴρ ὁ ἔχων δύο οἰκοδεσποτείας ἐν τῷ αὐτῷ ζωδίῳ, προτάσσεται, κ'ἂν ἔστιν κακοποιός. ὅπου δὲ οὐ συμβαίνει δύο οἰκοδεσποτείας ἔχειν, ἔσχατοι μὲν πάντοτε τάσσονται οἱ κακοποιοί· πρῶτοι δὲ οἱ κύριοι τοῦ ὑψώματος, εἶτα οἱ τοῦ τριγώνου, εἶτα οἱ τοῦ οἴκου κατ' ἀκολουθίαν,

λουθίαν, ὡς ἔχει τῶν ζῳδίων ἡ τάξις. πάλιν δὲ τῶν ἐχόντων ἀστέρων ἀνὰ δύο οἰκοδεσποτείας ἐν τῷ αὐτῷ ζῳδίῳ, ὡς εἴρηται, προταττομένων τῶν μίαν ἐχόντων, ὁ μὲν ♋ καὶ ὁ ♌ οἶκοι ὄντες ☉ καὶ ☽, ἐπεὶ οὐ λαμβάνει ὅρια τὰ φῶτα, λαμβάνουσιν αὐτοὺς οἱ κακοποιοὶ, διὰ τὸ πλεονεκτεῖσθαι κατὰ τὴν τάξιν. λαμβάνει οὖν τὸν μὲν ♋ ὁ ♂, ὁ δὲ ♄ τὸν ♌, ὅπου καὶ ἡ τάξις αὐτῶν φυλάσσεται οἰκεία. Ἐπὶ δὲ τῆς ποσότητος τῶν ὁρίων, ἐπεὶ μηδεὶς εὑρίσκεται κατὰ δύο τρόπους κύριος ἐν τῷ αὐτῷ ζῳδίῳ, ἢ καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς μέχρι τεταρτημορίου, λαμβάνει μὲν ἕκαστος τῶν ἀγαθοποιῶν, τουτέστιν ὁ τοῦ ♃, καὶ ὁ τῆς ♀ μοίρας ζ. οἱ δὲ κακοποιοὶ, τουτέστιν ὁ τοῦ ♄, καὶ ὁ τοῦ ♂, ἀνὰ μοίρας ε. ὁ δὲ τοῦ ☿ ὡς ἐπίκοινος ὢν μοίρας ς, εἰς συμπλήρωσιν τῶν λ. ἐπεὶ δέ τινες ἔχουσι διπλοῦν λόγον ἀεὶ, μόνος γὰρ ὁ τῆς ♀ γίνεται οἰκοδεσπότης ὁ κατὰ τὸν ♉ καὶ ♈, μὴ παραλαμβανομένης τῆς ☽ εἰς τὰ ὅρια, ἕκαστος ὁ διπλοῦν

miciliorum, ita ut signorum ordo disponitur. Rursus cum stellæ quæ duas habent prorogativas ut dictum est, in eodem signo, illis, quæ unam tantum habent, præferantur, Cancrum, & Leonem, quæ Solis Lunæque domicili sunt, cum lumina finibus non circumscribantur, maleficæ occupant, quod ordine potentiores sint. Mars igitur arrogat sibi Cancrum, Leonem Saturnus, ubi & conveniens illis ordo servatur. De numero autem finium ita dicimus. Cum nulla duplici ratione in eodem signo, vel in sequentibus usque ad quadrantem dominetur, unaquæque benefica Jupiter scilicet, & Venus septimas, maleficæ Saturnus, & Mars quinas partes, accipiunt, Mercurius veluti communis senas, ut triginta compleantur; cum vero nonnullæ duplicem semper rationem habeant, (sola enim Veneris domina Tauri, & Arietis evadit, cum à finibus Luna excludatur) quæcunque duplicem ra-

tionem habet sive in eodem signo, sive contiguis, usque ad quadrantem unam partem accipit, & punctis hæc interstinguebantur. Partes vero quas sibi vindicant quæcunq; duplici prærogativa pollent, ab illis, qui tantum unam habent, auferentes, sibi adjiciunt, ut plurimum vero à Saturno, & Jove, propter eorum motum non ita velocem. Finium vero tabella hæc est.

ἔχων λόγον, ἐάν τε ἐν αὐτῷ τῷ ζωδίῳ, ἐάν τε ἐν τοῖς ἑξῆς μέχρι τεταρτημορίου, προσλαμβάνει μοῖραν α, οἷς καὶ παράκειται στιγμαί. αἱ μοῖραι δέ, ἃς προσλαμβάνουσιν οἱ τὸν διπλοῦν ἔχοντες λόγον, ἀφαιροῦνται ἐκ τῶν ἐχόντων λόγον ἁπλοῦν, ὡς ἐπιπολὺ δέ, ἀπὸ τοῦ ♄, καὶ τοῦ ♃, διὰ τὸ βραδυτέραν αὐτῶν εἶναι τὴν κίνησιν. ἔχει δὲ καὶ ταῦτα τὰ ὅρια οὕτως.

Ὅρια

Ὅρια κατὰ Πτολεμαῖον.

Κριοῦ		
♃	ϛ	ϛ
♀	η	ιδ
☿	ζ	κα
♂	ε	κϛ
♄	δ	λ

Ταύρου		
♀	η	η
☿	ζ	ιε
♃	ζ	κβ
♄	*β	κδ
♂	†ϛ	λ

Διδύμων		
☿	ζ	ζ
♃	ϛ	ιγ
♀	ζ	κ
♂	ϛ	κϛ
♄	δ	λ

[margin, handwritten: *δ κε; †δ]

Καρκίνου		
♂	ϛ	ϛ
♀♃	ζ	ιγ
♃☿	ζ	κ
♀	ζ	κζ
♄	γ	λ

Λέοντος		
♃♄	ϛ	ϛ
☿	ζ	ιγ
♄♀	ϛ	ιθ
♀	ϛ	κε
♂	ε	λ

Παρθένου		
☿	ζ	ζ
♀	ϛ	ιγ
♃	ε	ιη
♄	ϛ	κδ
♂	ϛ	λ

Ζυγοῦ		
♄	ϛ	ϛ
♀	ε	ια
☿♃	η / ε	ιθ / ιϛ
♃☿	ε / κ	κδ
♂	ϛ	λ

Σκορπίου		
♂	ϛ	ϛ
♀♃	η / ζ	ιδ / ιγ
♃♀	ζ / η	κα
☿	ϛ	κζ
♄	γ	λ

Τοξότου		
♃	η	η
♀	ϛ	ιδ
☿	ε	ιθ
♄	ϛ	κε
♂	ε	λ

Αἰγοκέρω		
♀	ϛ	ϛ
☿	ϛ	ιβ
♃	ζ	ιθ
♄♂	ϛ	κε
♂♄	ε	λ

Ὑδροχόου		
♄	ϛ	ϛ
☿	ϛ	ιβ
♀	η	κ
♃	ε	κε
♂	ε	λ

Ἰχθύων.		
♀	η	η
♃	ϛ	ιδ
☿	ϛ	κ
♂	ϛ / ε	κϛ / κε
♄	δ / ε	λ

Fines secundum Ptolemæum

	Arietis			*Tauri*			*Geminorum*		
	♃	6	6	♀	8	8	☿	7	7
	♀	8	14	☿	7	15	♃	6	13
	☿	7	21	♃	7	22	♀	7	20
*4 26	♂	5	26	♄	*2	24	♂	6	26
†4	♄	4	30	♂	†6	30	♄	4	30

Cancri			*Leonis*			*Virginis*		
♂	6	6	♃ ♄	6	6	☿	7	7
☿ ♃	7	13	☿	7	13	♀	6	13
♃ ☿	7	20	♄ ♀	6	19	♃	5	18
♀	7	27	♀	6	25	♄	6	24
♄	3	30	♂	5	30	♂	6	30

Libræ			*Scorpii*			*Sagittarii*		
♄	6	6	♂	6	6	♃	8	8
♀	5	11	♀ ♃	8 7	14 13	♀	6	14
☿ ♃	8 5	19 16	♃ ♀	7 8	21	☿	5	19
♃ ☿	5 8	24	☿	6	26	♄	6	25
♂	6	30	♄	3	30	♂	5	30

Capricorni			*Aquarii*			*Piscium.*		
♀	6	6	♄	6	6	♀	8	8
☿	6	12	☿	6	12	♃	6	14
♃	7	19	♀	8	20	☿	6	20
♄ ♂	6	25	♃	5	25	♂	6 5	26 25
♂ ♄	5	30	♂	5	30	♄	4 5	30

Κεφ. κε'.

Περὶ τόπων καὶ μοιρῶν ἑκάστου.

Τινὲς δὲ καὶ ἐς λεπτότερα ἐμέρισαν ταῦτα, ὀνομάσαντες τόπους καὶ μοίρας αὐτὰ τῆς οἰκοδεσποτείας. καὶ τόπον μὲν ὠνόμασαν, τὸ δὲ δωδεκατημορίου δωδεκατημόριον, τουτ' ἐστι μοίρας ιβ. καὶ τοῖς ἐφεξῆς ζωδίοις διδοῦσι τὴν κυρίαν αὐτοῦ. ἄλλοι δὲ πάλιν ἀκολουθοῦντες ἄλλαις τάξεσιν, ἑκάστῳ τῶν ἀστέρων ἀπ' ἀρχῆς μοίρας διδοῦσιν, καθ' ὡς ἔχει τῶν χαλδαϊκῶν ὁρίων ἡ τάξις. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπειδὴ οὐκ ἔχει πιθανὸν λόγον, οὐδὲ φυσικὸν, ἀλλὰ κενόδοξον, παραλείπομεν. ἐκεῖνο δὲ ἄξιον ὑπάρχων ἐπιτηρήσεως, οὐ παραλείψομεν· ὅτι καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν δωδεκατημορίων, ὁμοίως καὶ τὰς τῶν ὁρίων, ἀπὸ τῶν σημείων τῶντε ἰσημερινῶν καὶ τῶν τροπικῶν δεῖ ποιεῖσθαι. καὶ τοῦτο φανερόν ἐστι καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν συγγραφέων· καὶ μάλιστα δι' ὅτι καὶ τὰς φύσεις καὶ τὰς δυνάμεις καὶ τὰς συνοικειώσεις αὐτῶν ὁρῶμεν, οὐκ ἀπὸ ἄλλου τινὸς

Cap. XXV.

De locis, & partibus uniuscujusque.

Nonnulli etiam in exiliores partes diviſerunt, vocaveruntque ea domos, parteſque dominii, & locum quidem nuncupaverunt duodecimam portionem ſigni, illiusque vim ſequentibus ſignis attribuerunt. Alii rurſum alia via in illis diſponendis proceſſerunt ſingulis ſignis à principio partes aſcribentes, ut Chaldaicorum finium tabulæ præſcribunt. Hæc itaque cum nec rationi probabili, nec naturali ſuffulciantur ad oſtentationem vaniſſime excogitatæ ſint, miſſa facimus; illud vero quod obſervatione dignum exiſtimamus, non omittemus. Principia ſignorum ſimul, ac finium à punctis æquinoctialibus, tropicisque eſſe incohanda, quod ſcriptorum etiam auctoritate manifeſte probatur. Et præcipue, quod & naturas, & vires, & familiaritates eo-

rum conſpicimus, non aliunde quam à tropicis, & æquinoctialibus initiis, ut ex jam probatis evidens eſt, cauſam ſumere. Nam ſi alia principia attribuantur, vel ſignorum naturas in judiciis ferẽdis excludere compellamur, vel eorum auxilia, & uſus mutuati, falli, ſpatiis eorum adulteratis, illiſque diſgregatis, à quibus illis vires ſubminiſtrantur.

Cap. XXVI.

De ſua cujusque ſtellæ facie, carpentis, & ſimilibus.

Stellarum, ſignorumque familiaritates, tot fere ſunt. Dicuntur ulterius, & faciem propriam habere, cum qualibet ſtella eandem figuram ad Solem, & Lunam habet, quam domus illius, ad eorum domus conſervat. ſit exempli loco. Cum ſtella Veneris ſexangulo intervallo à luminibus diſtat, ſed ad Solem quidem occidua, ad Lunam matutina, ut domorum ſeries po-

ἐχούσας τὴν αἰτίαν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν ἀρχῶν, καθ' ὡς ἐκ τῶν προαποδειχθέντων ἐστὶ φανερόν. καὶ γὰρ ἐὰν ἄλλαι ἀρχαὶ δοθῶσιν, ἀναγκασθησόμεθα ἢ μηκέτι εἰς τὴν προαποτελεσματικὴν θεωρίαν τὰς φύσεις προσλαμβάνειν τῶν δωδεκατημορίων· ἢ συμπαραλαμβάνοντες καὶ χρώμενοι αὐτοῖς διαπταίσομεν, παραβαίνοντες τὰ διαστήματα, καὶ ἀποχωρίζοντες αὐτά, ἐξ ὧν ὑπάρχουσιν αὐτοῖς αἱ δυνάμεις.

Κεφ. κϛ'.

Περὶ προσώπων, καὶ λαμπηνῶν, καὶ τῶν τοιούτων.

Αἱ μὲν συνοικειώσεις τῶν ἀστέρων, καὶ τῶν δωδεκατημορίων, τοσαῦται. λέγονται δὲ καὶ ἰδιοπροσωπεῖν, ὅτ' ἂν ἕκαστος ἀστὴρ τὸν αὐτὸν σχηματισμὸν διασώζει πρὸς ☉ ἢ ☽, ὃν καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ πρὸς τοὺς οἴκους ἐκείνων ἔχει. οἷον ἐπὶ παραδείγματος, ὅτ' ἂν ὁ τῆς ♀ ἑξάγωνον διάστασιν ποιῇ πρὸς τὰ φῶτα, ἀλλὰ πρὸς μὲν ☉ δυτικὸς ὑπάρχων, πρὸς ☽ δὲ ἀνατολικὸς καθ' ἀκολουθίαν τῶν ἐξ ἀρχῆς οἴκων.

οἴκων. Λέγονται δὲ καὶ ἐν λαμπήναις ἰδίαις καὶ θρόνοις εἶναι, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅτ' ἂν συνοικειωθῶσι κατὰ τοὺς προειρημένους τρόπους, ἐν οἷς καταλαμβάνονται τόποις, δυσὶν ἢ καὶ πλείοσι τρόποις, τότε γὰρ μάλιστα καὶ ἡ δύναμις αὐτῶν, καὶ ἡ ἐνέργεια αὔξεται, διὰ τὸ ὁμοίαν γίνεσθαι καὶ συμπεράττειν τὴν τῆς οἰκειότητος τῶν περιεχόντων δωδεκατημορίων. Λέγουσι δὲ χαίρειν αὐτούς, καὶ ὅτε κἂν μὴ ἐστὶν πρὸς αὐτοὺς ἡ συνοικείωσις τῶν περιεχόντων ζωδίων, ὅμως γίνεται τὶς οἰκειότης πρὸς τοὺς ὄντας τῆς αὐτῆς αἱρέσεως ἐκείνοις. Κ'ἂν γὰρ ἐκ μακροῦ, ἀλλ' ὅμως διείσκεται συμπάθεια καὶ κοινωνία, καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης ὁμοιότητος. καθὼς πάλιν, ὅταν ἐν τοῖς τόποις καταλαμβάνονται τῆς ἐναντίας αἱρέσεως καὶ ἀνομοίου, τὸ πολὺ παραλύεται τῆς δυνάμεως, ἄλλης τινὸς καὶ μικτῆς δυνάμεως ἀποτελουμένης, ἐκ τῆς ἀνομοίου κράσεως τῶν περιεχόντων ζωδίων.

ſcit. Dicuntur præterea in carpentis propriis ac ſoliis eſſe, & ſimilibus, cum familiaritate in iis locis, in quibus ſunt, duobus, aut pluribus modis ratione jam expoſita, conjunctæ fuerint. Tunc enim præcipue & facultates eorum, & vires novis acceſſionibus increbeſcunt, quod ſimilis facta ſignorum ambientium cognatio una concurrat. Dicunt eas gaudere, cum, licet nulla cum eis contiguorum ſignorum familiaritas intercedat, cognatio nihilominus aliarum ejuſdem cum illis conditionis, contrahitur; quæ licet ex longinquo ducatur, fit tamen conſenſus, & communicatio ex tali ſimilitudine. Sicuti rurſum, cum in locis contrariæ, diſſimilisq; conditionis eas comprehendi contigerit, cum nova quadam, mixtaque facultas, ex diſſimili ambientium ſignorum temperamẽto conſurgat, vis earum enervatur, & cadit.

CAP.

Cap. XXVII.

De applicationibus, & de fluxibus, aliisque facultatibus.

IN universum autem præcedentes subsequentibus complicari dicuntur, secedereque sequentes à præcedentibus, cum inter eas intervallum haud magnum sit. Id autem intelligitur, sive in corporeis congressibus, sive etiam in alio jam dictarum figurarum aspectu contingat; nisi quod in applicationibus, & defluxibus corporeis operæ pretium erit animadvertere. Latitudines ipsas, ut Soles, qui in iisdem partibus per mediam lineam fiunt congressus admittamus. In illis vero, quæ configurationibus constant, id observare supervacaneum est. Omnes enim radii in eadem, hoc est in centrum terræ delati similiter undequaque concurrunt. His omnibus evidens est, vires stellarum tum ex propria, naturalique earum proprietate, tum ex

Κεφ. ιη'.

Περὶ συναφῶν καὶ ἀπορροιῶν, καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων.

ΚΑθ' ὅλου δὲ λέγονται συνάπτεσθαι τοῖς ἀκολουθοῦσιν οἱ προηγούμενοι. ἀποχωρεῖν δὲ οἱ ἀκολουθοῦντες τῶν προηγουμένων, ὅταν μὴ ἔστι πολὺ τὸ ἀνὰ μεταξὺ αὐτῶν διάστημα. τοῦτο δὲ παραλαμβάνεται, κἄν τε σωματικῶς συμβαίνῃ, κἄν τε κατὰ ἄλλο τι σχῆμα τῶν εἰρημένων σχημάτων. πλὴν πρὸς μὲν τὰς συναφὰς, καὶ τὰς ἀπορροίας, ὅσαι γίνονται κατὰ σῶμα, χρήσιμόν ἐστι παρατηρεῖν καὶ αὐτὰ τὰ πλάτη πρὸς τὸ μόνας παραλαμβάνειν τὰς ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη γινομένας παρόδους τοῦ διὰ μέσου. πρὸς δὲ τὰς γινομένας διὰ τῶν συσχηματισμῶν ἡ παρατήρησις αὐτὴ περιττή ἐστιν. καὶ γὰρ πᾶσαι ἀεὶ αἱ ἀκτῖνες ἐπὶ τὰ αὐτὰ, τοῦτ' ἔστιν ἐπὶ τὸ κέντρον τῆς γῆς φερόμεναι, ὁμοίως πανταχόθεν συμβάλλουσιν. ἐκ τούτων οὖν πάντων φανερόν ἐστιν, ὅτι τῶν ἀστέρων ἡ ποιητικὴ δύναμις θεωρεῖται, ἐκ τῆς ἰδίας αὐτῶν καὶ φυσικῆς ἰδιοτροπίας, καὶ ἔτι ἐκ

τῆς ἰδιότητος τῶν περιεχόντων δωδεκατημορίων, καὶ ἐκ τοῦ πρὸς τὸν ☉ καὶ τὰς γωνίας συσχηματισμοῦ, καθ' ὡς εἴρηται περὶ τούτων πάντων. ἡ δὲ δύναμις αὐτῶν ἰσχύει, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ εἶναι αὐτοὺς ἀνατολικοὺς, καὶ πρὸς τὰς ἰδίας κινήσεις προσκεῖσθαι· τότε γὰρ μάλιστα εἰσὶν ἰσχυροί. ἡ δὲ οὐκ ἰσχύει, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς δυτικοὺς καὶ ἀφαιρετικούς· τότε γὰρ ἀσθενέστερον ἐνεργοῦσιν. Ἔστιν δὲ ἡ δύναμις αὐτῶν ἰσχυροτέρα, ἢ ἀσθενεστέρα, καὶ ἐκ τῆς πρὸς τὸν ὁρίζοντα σχέσεως. Καὶ γὰρ μεσουρανοῦντες, ἢ ἐν τῷ μεσουρανήματι ἐπαναφερόμενοι, μάλιστά εἰσιν ἰσχυροί. καὶ ἔτι, ὅτ' ἂν ἐν αὐτῷ τῷ ὁρίζοντι ὑπάρχωσιν, ἢ ἐπαναφέρονται. καί ποτε γὰρ δυνατοί εἰσιν, καὶ μᾶλλον ὅτ' ἂν ἐπὶ τοῦ ἀνατολικοῦ εἰσίν. εἰ δὲ ὑπὸ γῆν μεσουρανοῦσιν, ἢ ἄλλως πῶς τῷ ἀνατέλλοντι τόπῳ σχηματίζονται, ἀδυνατώτεροί εἰσιν· ὅταν δὲ μηδὲ οὕτως ἔχωσιν, ἀδύναμοι παντελῶς εἰσίν.

ambientium ſignorũ qualitate, tum oppoſitu ad Solem, & ad angulos configuratione, ut præmonuimus, ſumendas eſſe. Vis autem earum validior fit, ſi ſint orientales, & curſum ſuum intendant; tunc enim plurimum poſſunt, vel languet, ſi ſint occidentales, & retrogradæ, tunc enim languidius agunt. Eſt præterea vis earum pro ſitu ad horizontem, & efficacior & languidior. Nam ſi ſunt in medio cœli, aut ſuccedentem illi locum permeent, quam maxime efficaces ſunt. Itemque cum in ipſo horizonte, aut ſuccedente loco ſunt; nam tunc quoque efficaces ſunt, præcipueque ſi in plaga orientali fuerint. ſi vero ſub terram in imo cœli divertunt, vel alio modo cum orientali loco configurantur, languidiores; cum vero non ita ſe habeant omnino imbecilles ſunt.

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

Generalis considerationis divisio.

QUæ visa sunt ad particulariũ prædictionum considerationem opportuna magis ac propria, ea quasi in tabella, breviter, summatimq; descripsimus. Hunc ex ordine tractationis reliqua quæcunq; simili prædictioni summe conducibilia sunt, ubique naturali ordine, & magisterii ratione servata, complectemur. Prænotio, quam Astronomiæ ope assequimur, in partes duas, easque maximas, ac præcipuas dividitur, alteram, quam dicunt universalem, & nationes integras, & regiones, & urbes amplectitur: alteram particularem, & Genethlialogicam nuncupatam, quæ singulorum hominum fata considerat. Itaque, cum duæ sint partes, priori loco de universali tractationem, ut ratio postulat, aggrediemur. Universales etenim

Κεφ. α´.

Διαίρεσις τῆς καθολικῆς ἐπισκέψεως.

Ὅσα μὲν οὖν κυριώτερα πρὸς τὴν ἐπίσκεψιν τῶν μερικῶν προῤῥήσεων, ταῦτα ὡς ἐν πίνακι κεφαλαιωδῶς διήλθομεν. προσθήσομεν δὲ κατὰ ἀκολουθίαν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς πραγματείας, ὅσα συμβάλλεται εἰς τὸ δυνατὸν τῆς τοιαύτης προῤῥήσεως, πανταχοῦ ποιούμενοι τὴν διδασκαλίαν κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον. Τὸ προγνωστικὸν τὸ δι' ἀστρονομίας, εἰς δύο μέρη τὰ μέγιστα καὶ κυριώτατα τέμνεται. πρῶτον μὲν, εἰς τὸ κατὰ ἔθνη ὁλόκληρα, καὶ χώρας, καὶ πόλεις, ὅπερ καὶ καθολικὸν λέγεται. καὶ δεύτερον, εἰς τὸ καθ' ἕνα ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων, ὅπερ καὶ μερικὸν καὶ γενεθλιαλογικὸν ὀνομάζεται. δύο οὖν ὑπαρχόντων μερῶν, πρῶτον περὶ τοῦ καθολικωτέρου πρέπον εἰπεῖν· διότι τὰ καθολικὰ

λικὰ ἀποτελέσματα ἀναγκαιοτέρας ἔχει αἰτίας, καὶ μείζονας ἤπερ τὰ μερικά, καὶ διότι ἀεὶ ἄρχουσιν αἱ δυνατώτεραι φύσεις τῶν ἀσθενεστέρων φύσεων, καὶ ὅτι τὰ μερικὰ περιέχεται ὑπὸ τῶν καθόλου· ὥστε ἀναγκαῖον τοὺς βουλομένους περὶ τῶν μερικῶν καὶ καθ' ἕκαστα εἰπεῖν τι, πολὺ πρότερον περὶ τῶν καθολικωτέρων εἰπεῖν. πάλιν δὲ τῶν καθολικῶς διαιρουμένων εἴς τε χώρας ὅλας, εἴς τε πόλεις, καὶ τοῦ μὲν θεωρουμένου κατὰ χώρων ὅλων, τοῦ δὲ κατὰ πόλεων, καὶ τοῦ μὲν ἔχοντος μεῖζον αἴτιον καὶ οἷον κατὰ περίοδον, ὡς ἐπὶ πολέμων, καὶ λοιμῶν, καὶ λιμῶν, ἢ σεισμῶν, ἢ κατακλυσμῶν καὶ τῶν τοιούτων· τοῦ δὲ ἔχοντος ἔλαττον αἴτιον, καὶ κατὰ καιρούς τινας γινόμενον, ὡς ἐπὶ τῆς μεταβολῆς τῶν καιρῶν, καὶ τῆς κατὰ τὸ πλέον ἢ ἔλαττον γινομένης ἐναλλαγῆς αὐτῶν πρός τε χειμῶνας καὶ καύματα, καὶ πνεύματα σφοδρότερα ἢ ἀνετώτερα, καὶ πρὸς εὐφορίαν καὶ ἀφορίαν καὶ τῶν τοιούτων, προ-

eventus magis necessariis ac majoribus causis, quam particulares, producuntur; & validiores naturæ semper imbecillioribus imperant, resque particulares, ab universalioribus comprehenduntur, adeo ut necesse sit, eos, qui de rebus particularibus tractationes assumunt, multo prius, de universalioribus sermonem instituere. Et rursum universalia, cum in integras regiones, & urbes subdividantur, & eorum una pars regiones totas speculetur, altera certas urbes, & illa quidem validioribus causis, & quasi per recurrentia tempora, quibus bella, pestilentiæ, fames, terræmotus, inundationes, & similia indicantur; hæc vero leviori causa temporum vicissitudine procreata, qua temporum mutatio, eorumque intensio, ac remissio in hyeme, æstu, ventisque minus vel magis procellosis & horridis, necnon ubertate, & sterilitate, & similibus producendis præsignificantur, impellatur.

hic

hic quoque pars quæ totas regiones considerat, caussasque habet majores, quando illa, quæ urbes observat, & minori caussa ducitur, universalior sit, omnino anteferenda est. Ad istam tamen considerationem duo præcipue requiruntur. signorum Zodiaci, & stellarum inclinata familiaritas, & quæ certo tempore in propriis partibus affectiones fiant secundum quidem Solis, & Lunæ conjunctiones eclipticas, secundum vero stellarum errantium transitum, ortus, & stationes. Horum igitur prius naturalem consensus rationem exponemus, compendio simul declarabimus proprietates gentibus totis ut plurimum inesse observatas, eorumque mores, & habitum corporis, quæ cum siderum congruentia, & signorum, & reliquorum naturalem convenientiam habent.

τερεύει καὶ ἐνταῦθα τὸ θεωρούμενον κατὰ χώρας ὅλας, καὶ τὸ κατὰ μείζονας αἰτίας γινόμενον, διὰ τὸ εἶναι καθωλικώτερον, τοῦ κατὰ πόλεις θεωρουμένου, καὶ τοῦ δι' αἰτίαν ἐλάττονα γινομένου. Πρὸς δὴ τὴν ἐπίσκεψιν ταύτην, δύο μάλιστα παραλαμβάνεται. ἡ πρὸς τὰ κλίματα συνοικείωσις τῶν δωδεκατημορίων τοῦ ζωδιακοῦ, καὶ ἡ συνοικείωσις τῶν ἀστέρων, καὶ αἱ γινόμεναι κατὰ καιροὺς ἐπισημασίαι ἐν τοῖς οἰκείοις μέρεσι. κατὰ μὲν τὰς συζυγίας ☉ καὶ ☽, αἱ ἐκλειπτικαί· κατὰ δὲ τὰς παρόδους τῶν πλανωμένων, αἱ περὶ τὰς ἀνατολὰς αὐτῶν καὶ τοὺς στηριγμούς. τούτων οὖν προεκθησόμενοι τὸν φυσικὸν λόγον τῆς συμπαθείας, ἅμα λέγοντες ἐν συντόμῳ καὶ τὰς ὡς ἐπιπολὺ θεωρουμένας ἐν ἔθνεσιν ὅλοις ἰδιοτροπίας, κατὰ τὰ ἔθη αὐτῶν καὶ τὰ σώματα, πρὸς τὴν συνοικείωσιν τῶν ἀστέρων, καὶ τῶν δωδεκατημορίων, καὶ τῶν ἐκεῖθεν φυσικὴν αἰτίαν οἰκείως ἐχόντων.

Κεφ. β'.

Περὶ τῶν ἰδιωμάτων, ἃ καθ' ὅλον τὸ κλίμα γνωρίζεται.

Τῶν ἐθνῶν τὰ ἰδιώματα, τῶν μὲν καθ' ὅλους τοὺς παραλλήλους καὶ τὰς γωνίας ὅλας ὄντων, διαιρεῖται ὑπὸ τῆς σχέσεως τῆς πρὸς τὸν ☉, καὶ τὸν κύκλον τὸν διὰ μέσου τῶν ζωδίων. τῆς γὰρ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, ἐπὶ ἑνὸς τεταρτημορίου τῶν βορείων κειμένης, οἱ μὲν ὄντες ὑπὸ τοὺς νοτιωτέρους παραλλήλους, λέγω δὴ τοὺς ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ μέχρι τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ παραλλήλους, ἤτοι ἐπειδὴ κατὰ κορυφὴν ἔχουσι τὸν ☉, ὑπ' αὐτοῦ διακαιόμενοι, μέλανές τέ εἰσι, καὶ οὔλας ἔχουσι τὰς τρίχας, καὶ δασείας, καὶ τὰ πρόσωπα φοβεροί, καὶ τὰ μεγέθη στενοί, καὶ θερμοὶ τὰς φύσεις, καὶ ἄγριοι τὰ ἤθη, διὰ τὸ συνεχὲς τοῦ καύσους. καλοῦνται δὲ κοινῶς αἰθίοπες. ἐμφαίνεται δὲ τὸ διάπυρον οὐ μόνον δι' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ περιέχοντος αὐτοὺς καταστήματος τοῦ ἀέρος, καὶ τῶν ἄλλων ζώων. Οἱ δὲ ὄντες ὑπὸ τοὺς βορειοτέρους παραλλήλους, λέγω δὴ τοὺς ὑπὸ

CAP. II.

De proprietatibus quæ per totum clima obſervantur.

Gentium proprietates paralellis omnibus, angulisque omnibus ſubjectarum juxta poſitum ad Solem, & circulum ſigna media ſecantem dividuntur. Nam in hac terra noſtra habitata, boreali quadrante ſubjecta, qui auſtralioribus paralellis illis ſcilicet, qui ab æquinoctiali ad tropicum æſtivum extenduntur, ſubduntur; cum in vertice Solem habeant, ab eo continuo exuſti, nigri ſunt, criſpis, denſiſque capillis, aſpectu torvi, membris contracti, natura calidi, & propter aſſiduos æſtus, moribus inhumani, vulgo Æthiopes vocitantur. Urens, accenſumque regionis non modo ipſi, ſed circumfuſi etiam aëris conſtitutio, aliorumque animantium, ſtatus demonſtrat. Qui ſub Aquilonaribus paralellis, in ea ſcilicet, mundi plaga, quæ

Arctis ſubjicitur vitã agunt, cum vertex eorum longe à Zodiaco, & Solis calore diſtat, propterea ſunt frigoribus noxii, & cum majoris humiditatis, quæ maxime nutrire ſolet, eoq; præcipue quod à nullo calido exhauriatur participes ſint, colore albeſcunt, ſuntque capillis promiſſioribus, ingentes corpore, nutricatu, educatuque faciles, natura gelida, & propter aſſidua frigora, ingenio inmãſueto. Cœli circumfuſi conſtitutio, & animantia, & plantæ ejuſdem cum illis conditionis ſunt, & ut plurimum Scythæ vocantur. Qui inter æſtivum tropicum, Arctosque interjacent, cum in vertice Solem non habeant, quando longior ille factus in meridionales ſeſe plagas inſeruerit, aëre bene temperato minime fruuntur. Et habet ſane id temperamentum frigoris, & æſtus nonnullas differentias ac diverſitates, ſed neque magnas, neque vehementes. Itaq; qui in ſimili temperamẽto degunt,

τὰς ἄρκτους, ἐπειδὴ τούτων κατὰ κορυφὴν τόπος πολὺ ἀπέχει τοῦ ζῳδιακοῦ, καὶ τῆς τοῦ ☉ θερμότητος, εἰσὶ μὲν διὰ τοῦτο κατάψυχροι, μεταλαμβάνοντες δὲ πλείονος τῆς ὑγρότητος, ἅτε θρεπτικωτάτης οὔσης, καὶ ὑπὸ μηδενὸς θερμοῦ ἐξικμαζομένης, λευκοὶ τὴν χροάν εἰσι, καὶ τὰς τρίχας ἔχουσιν ἐκτεταμένας, καὶ τὰ σώματα μεγάλοι, καὶ τὰ μεγέθη εὔτροφοι, καὶ τὰς φύσεις ψυχροί, καὶ τὰ ἤθη διὰ τὸ συνεχὲς τοῦ κρύους ἄγριοι. ὁμοίως δὲ ἔχει τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ περιέχον αὐτοὺς κατάστημα, καὶ τὰ ζῶα, καὶ τὰ φυτά. καλοῦνται δὲ ὡς ἐπιπολὺ σκύθαι. Οἱ δὲ μεταξὺ ὄντες τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ καὶ τῶν ἄρκτων, ἐπειδὴ μήτε κατὰ κορυφὴν ἔχουσιν τὸν ☉, μήτε πολὺ ἀπέχοντα πρὸς τὰ μεσημβρινὰ μέρη, οὗτοι εὔκρατον ἔχουσι τὸν ἀέρα. Ἔχει μὲν οὖν καὶ ἡ εὐκρασία ταυτὴ διαφοράν τινα, καὶ παραλλαγὴν τῶν καυμάτων πρὸς τοὺς χειμῶνας. ὅμως δὲ οὐχὶ μεγάλην, οὐδὲ σφοδρὰν ἔχει τὴν διαφοράν. Εἰσὶν οὖν οἱ ἐν ταύτῃ ὑπάρχοντες τῇ εὐκρασίᾳ,

καὶ τὰ

καὶ τὰ χρώματα καὶ τὰ μεγέθη μέσοι, καὶ τὰς φύσεις εὔκρατοι, καὶ οὐχὶ διεσπαρμένοι, ἀλλὰ κατὰ συνέχειαν οἰκοῦντες, καὶ τὰ ἤθη ἥμεροι. Τούτων δὲ αὐτῶν, οἱ ὄντες πρὸς νότον, εὐφυέστεροι μᾶλλον εἰσὶν, καὶ εὐμήχανοι, καὶ ἱκανώτεροι πρὸς τὰ μαθήματα. διότι συνεγγίζων κατὰ κορυφῆς αὐτῶν ὁ ζωδιακὸς, καὶ οἱ περὶ τὸν ζωδιακὸν πλανώμενοι ἀστέρες, συνοικειοῦσι τούτους πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ ποιοῦσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν εὐκινήτους καὶ μαθηματικάς. Πάλιν δὲ, τούτων οἱ μὲν ὄντες πρὸς ἀνατολὴν, ἀνδρειότεροί εἰσιν· καὶ διὰ τὸ ἀνδρεῖον, φανερῶς πάντα ποιοῦντες. τοιαύτη γὰρ μάλιστα καὶ ἡ τοῦ ☉ φύσις ἐστὶ, ἀνατέλλουσα ἡμερινὴ, καὶ ἀνδρικὴ, καὶ δεξιά. ὁρῶμεν δὲ καὶ ἐν τοῖς ζώοις τὰ δεξιὰ μερὴ μᾶλλον δυνατώτερα. διὰ τοῦτο οὖν καὶ ἡ πρὸς ἀνατολὴν ὄντες ἀνδρειότεροι· οἱ δὲ πρὸς δύσιν ἁπαλώτεροι, καὶ θηλυκοὶ, καὶ κρυπτοί. ἐπειδὴ τὸ τῆς δύσεως μέρος σεληνιακόν ἐστι. πάντοτε γὰρ ἡ ☽ ἀπὸ συνόδου

colore, & statura medii, beneq; temperata conditione, neq; huc neq; illuc palantes, convictas cum aliis sedes habent, placidi insuper moribus. Horum, qui ad austrum vergunt magis tẽperatiores sunt, ingeniosiores, ad capessandas disciplinas opportuniores, quod proximus eorum vertici Zodiacus, & in Zodiaco stellæ errantes, eos sibi quodammodo quasi cognatione quadam astringunt, eorumque animis & celeritatem, & in percipiendis scientiis prudentiam aptitudinemque infundunt. Horum rursus orientaliores animosiores sunt, ideoque in rebus occultandis, celandisque animi sensibus minus idonei. similis enim præcipue est Solaris natura, oriens, diurna, mascula, dextra. conspicimus etiam in animalibus dextras partes esse robustiores. Propterea ergo orientis accolæ animosiores, occidentis molliores, effæminatiores, sensuum item occultatores, cum occasus illa plaga lunaris sit; semper enim Luna

è congressu primum apparens, & ab Africo oriens plagam illam nocturnam, imbellem, & sinistram efficit. Hæc cum ita se habeant singulos homines proprietates quædam, & morum, & legum consequi solent, differuntque ratione generis in particularibus regionibus, sicut & in aëris constitutionibus nonnullas differentias observamus, velut in locis calidis, vel frigidis, vel temperatis; quædam regiones & loca propriam sortiuntur temperaturam, & quod eminentiori, vel depressiori loco sitæ sunt majori vel minori frigore & calido vexantur. Et, quemadmodum nonnulli propter mare vicinum magis navigationi incumbunt, alii equitatui operam navant ob regionis planiciem, & rursus alii propter territorii fertilitatem mitescunt, ita & naturali cognatione, qua cum stellis, signisque Zodiaci ex particulari plaga communicant, propriæ naturæ in singulis comperiuntur. Et hoc ut pluri-

πρῶτον φαινομένη, καὶ ἀνατέλλουσα ἀπὸ λιβὸς, νυκτερινὸν ποιεῖ ἐκεῖνο τὸ κλίμα, καὶ θηλυκὸν, καὶ εὐώνυμον. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, παρακολουθοῦσιν ἐν ἑκάστοις καὶ ἰδιοτροπίαι τινὲς ἠθῶν καὶ νόμων· καὶ διαφέρουσι κατὰ μέρος τινὲς ἰδίως, τοῦ λόγου γένους. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν καταστημάτων ὁρῶμεν διαφορὰς τινας, ὅτι ἐν τόποις θερμοῖς ἢ ψυχροῖς ἢ εὐκράτοις, εὑρίσκονται χῶραί τινες καὶ τόποι ἰδίαν ἔχοντες κρᾶσιν, καὶ εἰσὶ πλέον ἢ ἔλαττον θερμότερα ἢ ψυχρότερα, διὰ τὸ κεῖσθαι ὑψηλότερον ἢ κατώτερον· καὶ ὥσπερ εἰσί τινες διὰ τὸ ἔχειν ἐγγὺς θάλασσαν μᾶλλον ναυτικοὶ, ἄλλοι δὲ ἱππικοὶ διὰ τὸ ὁμαλὸν τῆς χώρας, καὶ πάλιν ἕτεροι διὰ τὴν εὐφορίαν τῆς χώρας ἥμεροι· οὕτως καὶ ἐκ τῆς φυσικῆς συνοικειώσεως, τῆς γινομένης πρὸς τοὺς ἀστέρας καὶ τὰ δωδεκατημόρια ἐκ τῶν μερικῶν κλιμάτων, εὑρίσκονται ἰδιότροποί τινες φύσεις ἐν ἑκάστοις. καὶ τοῦτο δὲ ὡς ἐπὶ

πολὺ,

πολὺ, ἀλλ᾽ οὐχὶ οὕτως, ὥστε καὶ ἕνα ἕκαστον τῆς τοιαύτης ἰδιοτροπίας ὑπάρχειν. καὶ τούτου οὖν χρησίμου ὄντος πρὸς τὰς μερικὰς ἐπισκέψεις, ἀναγκαῖόν ἐστι συντόμως διαλαβεῖν περὶ αὐτοῦ.

mum contingit, non autem ita, ut quemlibet qualitatem illam habere necesse sit, quod cum ad particulares considerationes conducat, necesse etiam est, ut summatim exponamus.

Κεφ. γ'.

Περὶ τῆς τῶν χώρων πρὸς τὰ τρίγωνα καὶ τοὺς ἀστέρας συνοικειώσεως.

ἘΝ τῷ ζωδιακῷ τέσσαρα τριγωνικὰ σχήματα θεωρεῖται, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. καὶ τὸ μὲν συγκείμενον ἔκ τε τοῦ ♈, καὶ τοῦ ♌, καὶ τοῦ ♐, βορρολυβικόν ἐστι. καὶ οἰκοδεσποτεῖ μὲν ἐν αὐτῷ κατὰ πρῶτον λόγον, ὁ τοῦ ♃, διὰ τὸ βόρειον· συνοικοδεσποτεῖ δὲ καὶ ὁ τοῦ ♂, διὰ τὸ λιβυκόν. τὸ δὲ συγκείμενον ἔκ τε τοῦ ♉, καὶ τῆς ♍, καὶ τοῦ ♑, νοταπηλιωτικόν ἐστι. καὶ οἰκοδεσποτεῖ μὲν ἐν τούτῳ κατὰ πρῶτον λόγον, ὁ τῆς ♀ διὰ τὸ νότιον· συνοικοδεσποτεῖ δὲ καὶ ὁ τοῦ ♄, διὰ τὸ ἀπηλιωτικόν. τὸ δὲ συγκείμενον ἔκ τε τῶν ♊, καὶ τῶν χηλῶν, καὶ τοῦ ♒, βορραπηλιωτικόν

Cap. III.

De convenientia regionum ad trigonos & stellas.

IN signifero quatuor triangulæ figuræ, ut superius diximus, conspiciuntur. quæ ex Ariete & Leone, & Sagittario constituitur, Borrolybica, quasi ex Aquilone, & Africo mixta, dicitur. in ea tanquam domicilio dominium habet potissimum Jupiter propter locum septentrionalem, & propter Africum una cum eo Mars. Quæ ex Tauro, Virgine, & Capricorno conflatur Notapeliotica est, hoc est, Austrisolana; in ea potissimum dominatur Venus propter Austrum, & cum ea Saturnus propter Subsolanum. Quæ ex Geminis Chelis, & Aquario constituitur Borrapeliotica

est, id est ex Borea, & Subsolano mixta, regitur præcipue à Saturno propter Subsolanum, socius in dominio adjungitur Jupiter propter Aquilonem. Quæ ex Cancro Scorpio, & Piscibus componitur Notolybica est, quasi ex Austro & Africo mixta, estque potissimum illius dominus Mars propter Africum, socia illi additur Venus propter Austrum. Hæc cum ita sint, terra etiam, quam nos incolimus, in quatuor partes dividitur, dispartiturque secundum latitudinem ad triangulorum numerum, à maris nostri linea, quæ à fretu Herculeo ad sinum Issicum; deinceps per montanum dorsum qui orientem respicit, extenditur: & sub hac latitudine terræ habitatæ pars Australis, Aquilonarisque comprehenditur; secundum longitudinem ex Arabico sinu, & Ægeo mari, & Ponto, necnon & palude Mæotide, quibus ipsius pars orientalis ab Africo separatur, dividitur. Hac ratione nostræ terræ habitatę quatuor quadrantibus ad quatuor trian-

ἐστι. καὶ οἰκοδεσποτεῖ μὲν ὁ τοῦ ♄, διὰ τὸ ἀπηλιωτικόν· συνοικοδεσποτεῖ δὲ καὶ ὁ τοῦ ♃, διὰ τὸ βόρειον. τὸ δὲ συγκείμενον ἐκ τε τοῦ ♋, καὶ τοῦ ♏, καὶ τῶν ♓, νοτολιβυκόν ἐστι. καὶ οἰκοδεσποτεῖ μὲν πάλιν κατὰ τὸν πρῶτον λόγον, ὁ τοῦ ♂ διὰ τὸ λιβυκόν· συνοικοδεσποτεῖ δὲ καὶ ὁ τῆς ♀ διὰ τὸ νότιον. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, διαιρεῖται εἰς τέσσαρα καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη, κατὰ ἀριθμὸν τῶν τριγώνων κατὰ μὲν πλάτος διαιρουμένη, ὑπό τε τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης ἀπὸ τοῦ ἡρακλείου πορθμοῦ ἕως τοῦ κόλπου τοῦ ἰσσικοῦ, καὶ καθὼς ἐστὶν ἡ ἐφεξῆς ὀρεινὴ ῥάχις ἡ πρὸς ἀνατολάς, ὑφ' οὗ πλάτους περιλαμβάνεται τό τε νότιον καὶ βόρειον μέρος τῆς οἰκουμένης. κατὰ δὲ μῆκος διαιρεῖται, ὑπό τε τοῦ ἀραβικοῦ κόλπου, καὶ τοῦ αἰγαίου πελάγους, καὶ τοῦ πόντου, καὶ τῆς μαιώτιδος λίμνης· ὑφ' ὧν χωρίζεται τό, τε ἀπηλιωτικὸν καὶ τὸ λιβυκὸν μέρος. Οὕτω γινομένων τεσσάρων τεταρτημορίων τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, κατὰ ἀριθμὸν τῶν τεσσάρων

τριγώ-

τριγώνων, ἓν μὲν κεῖται πρὸς Βορρόλιβα τῆς ὅλης οἰκουμένης, τὸ κατὰ τὴν κελτογαλατίαν, ὅπερ καὶ κοινῶς Εὐρώπη καλεῖται. Τούτῳ δὲ τῷ τεταρτημορίῳ ἀντίκειται κατὰ τὴν ἀνατολικὴν αἰθιοπίαν, τὸ πρὸς νοταπηλιώτην τεταρτημόριον, ὅπερ νότιον μέρος τῆς μεγάλης ἀσίας καλεῖται. Πάλιν δὲ μέρος ἕτερον τῆς ὅλης οἰκουμένης, τὸ κατὰ τὴν σκυθίαν βορραπηλιωτικὸν, ὅπερ καὶ αὐτὸ βόρειον μέρος τῆς μεγάλης ἀσίας λέγεται. ἀντίκειται δὲ τούτῳ πρὸς λιβόνοτον τὸ κατὰ τὴν δυτικὴν αἰθιοπίαν, ὅπερ καὶ κοινῶς λιβύη καλεῖται. Τούτων δὲ τῶν τεταρτημορίων ἑκάστου τὰ κείμενα μέρη, μᾶλλον πρὸς τὸ μέσον τῆς ὅλης οἰκουμένης, ἐναντίως κεῖται πρὸς αὐτὸ τὸ τεταρτημόριον, τὸ περιέχον αὐτὰ, καθώσπερ ἐκεῖνο πρὸς ὅλην κεῖται τὴν οἰκουμένην. καὶ γὰρ τοῦ κατὰ τὴν εὐρώπην τεταρτημορίου κειμένου πρὸς Βορρόλιβα τῆς ὅλης οἰκουμένης, τὰ περὶ τὸ μέσον αὐτοῦ, καὶ τὰ περὶ τὰς γωνίας, πρὸς νοταπηλιώτην ὁρᾶται κείμενα τοῦ αὐτοῦ τε-

gulorum numerum conſtitutis, unus quidem ad Borrolyba in plaga ſcilicet, inter Aquilonem, & Africum, qui in Celtogallia eſt, vulgoque Europa nuncupatur, ſitus eſt. huic quadranti verſus orientalem Æthiopiam Auſtriſolanus quadrans, qui pars Auſtralis magnæ Aſiæ dicitur contra ſitus eſt. Rurſus quadrans alius univerſæ terræ verſus Scythiam Borrapolioticus, hoc eſt, inter Aquilonem, & Subſolanum, pars Aquilonalis magnæ Aſiæ dictus diffunditur; illi Libonotus ad occiduam Æthiopiam, cui vulgo Lybiæ nomen eſt, opponitur. ſingulorum horum quadrantum partes, quæ in medium totius terræ magis referuntur, diverſam à quadrante eas ambiente, qua ratione & illæ ad totum orbem collatæ, naturam ſibi adſciſcunt. Etenim Europæi quadrantis ad Borrolyba terræ univerſæ poſiti mediæ partes, & Angulares Notapelioticæ parti ejuſdem quadrantis adjacere

conſpiciuntur, ſic etiam in aliis dijudicandum eſt. His itaque manifeſtum fit, ſingulos quadrantes cum duobus oppoſitisque triangulis familiaritate conjungi, & omnes partes ad illud, quod totum quadrantem regit, accommodari; partes vero illius partibus oppoſitas cū particularibus, & mediis oppoſitis conciliari. Ad hanc etiam familiaritatem ſtellæ illæ, quæ in propriis triangulis dominantur, ſed in aliis quidem habitationibus illæ tantum, quæ dominium exercent, in habitationibus vero in medio univerſæ terræ collocatis, cum illis una & Mercurii, quæ mediæ naturæ eſt, & conditionibus communis aſſumitur.

His ita diſpoſitis primi quadrantis, qui Europam amplectitur, partes totius terræ Borrolybi adjacentes Borrolybici trianguli ex Ariete, Leone, & Sagittario naturam referunt, & ut par

τεταρτημορίου. ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεταρτημορίων. Ἐκ τούτου οὖν φανερὸν, ὅτι ἕκαστον τῶν τεταρτημορίων πρὸς δύο καὶ ἀντικείμενα τρίγωνα συνοικειοῦται· πρὸς μὲν τὸ ὅλον τεταρτημόριον προσνεύοντος, ἐφαρμοζομένων τῶν ὅλων μερῶν· πρὸς δὲ τὸ μερικὸν καὶ ἀντικείμενον τοῖς μέσοις, ἐφαρμοζομένων τῶν κατὰ τὸ αὐτὸ μερικῶν ἀντικειμένων μερῶν. συμπαραλαμβάνονται δὲ πρὸς τὴν οἰκείωσιν οἱ ἀστέρες, οἱ τὴν οἰκοδεσποτείαν ἔχοντες ἐν τοῖς οἰκείοις τριγώνοις· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οἰκήσεων, μόνοι αὐτοὶ οἱ ἔχοντες τὴν οἰκοδεσποτείαν. ἐπὶ δὲ τῶν οἰκήσεων τῶν περὶ τὸ μέσον τῆς ὅλης οἰκουμένης, σὺν ἐκείνοις παραλαμβάνεται καὶ ὁ τοῦ ☿, διότι μέσος καὶ κοινός ἐστι τῶν αἱρέσεων.

Ἐκ ταύτης δὴ τῆς διατάξεως, τοῦ μὲν πρώτου τεταρτημορίου τοῦ κατὰ τὴν εὐρώπην, τὰ πρὸς τὸν βορρόλιβα τῆς ὅλης οἰκουμένης κείμενα μέρη, συνοικειοῦται τῷ βορρολιβυκῷ τριγώνῳ, ὅπερ ἔκ τε τοῦ ♈ καὶ ♌ καὶ ♐ σύγκειται· καὶ οἰκοδεσποτεῖται εὐλόγως ὑπὸ τοῦ κυ-

τῶν κυρίων τοῦ τριγώνου, τοῦ τε ♃ καὶ τοῦ ♂ τῶν δυτικῶν. ἐστὶ δὲ τὰ μέρη ταῦτα, ὡς λαμβάνεται κατὰ ὅλα ἔθνη, οὕτως· βρεττανία, γαλατία, γερμανία, ἀπουλία, σικελία, τυῤῥηνία, κελτική, σπανία. ἐπεὶ δὲ τὸ τρίγωνον τοῦτο ἀρχικόν ἐστι, καὶ οἱ συνοικοδεσποτοῦντες ἀστέρες· διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα τὰ ἔθνη ἀνυπότακτα, καὶ φιλελεύθερα, καὶ φιλοπόλεμα, καὶ φιλόπονα, καὶ ἡγεμονικοί, καὶ καθάριοι, καὶ μεγαλόψυχοι. διὰ δὲ τὸν συσχηματισμὸν τὸν δυτικὸν τοῦ τε ♃ καὶ τοῦ ♂, καὶ ἔτι διότι τοῦ τριγώνου τὰ μὲν ἔμπροσθέν ἐστιν ἠνδρωμένα, τὰ δὲ ὄπισθεν θηλυκά· διὰ τοῦτο τὰ ἔθνη ταῦτα πρὸς μὲν τὰς γυναῖκας εἰσὶ καταφρονητικοὶ καὶ ἄζηλοι, πρὸς δὲ τὰς συνουσίας τῶν ἀρσενικῶν ἀνακινούμενοι καὶ ζηλοῦντες, καὶ μήτε αἰσχρὸν μήτε ἄνανδρον τοῦτο νομίζοντες. διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐκλύονται, ὅτι οὐδὲ ὡς πάσχοντες διάκεινται ἐπὶ τούτῳ, ἀλλὰ φυλάττουσι τὰς ψυχὰς ἀνδρείους, καὶ κοινω-

est, à dominis trianguli, Jove, & Marte occiduis gubernantur. partes sunt, ut ab integris gentibus possidentur, Britannia, Galatia, Germania, Apulia, Sicilia, Tyrrenia, Celtica, Hispania. Verum, cum triangulus hic, necnon & stellæ in eo dominatrices aptæ, natæ sint ad dominandum, gentes illæ frena pati nesciunt, libertatem ambiunt, bellis gaudent, laboribus non succumbunt, ad imperia aspirant, mundiciam colunt, magnisque cogitationibus inflantur. sed propter occiduam Jovis & Martis figurationem, & trianguli anteriores partes masculas, posteriores fœmineas, muliebres amores floccipendunt; nec eorum causa æmulatione tanguntur: masculam vero Venerem summo studio inhiant, & in simili amore socium pati nequeunt; & id neque turpe, neque nefas ducunt, neque à fortitudine remotum. propterea non effeminantur animis, quod non affectioni obnoxii similia tentant, & in iisdem deliciis fortitudinem curent, com-

municationem, fidem, suosque non minus ament, & beneficia conferant. Inter has regiones, cum Britannia, Galatia, Germania, & Barsania magis cum Ariete, & stella Martis conveniant, propterea earum accolæ immansuetiores sunt, & audaciores, magisque truces: Italia, Apulia, Sicilia, & Gallia Leoni, & Soli subdantur, earum habitatores magis imperia affectant, beneficiis cumulandis gaudent, & societate aliorum: Thyrrenia, Celtica, & Hispania cum Marte, & Jove uniantur, earum cives sunt libertatis, simplicitatis, & mundiciei studiosi. Partes hujus quadrantis in medio terræ collocatæ, Thracia, Macedonia, Illyrium, Græcia, Achaia, Creta, præterea Cyclades & minoris Asiæ oræ maritimæ, & Cypri ad Notapelioticam plagam totius quadrantis pars vergens, familiaritatẽ cum Notapeliotico triangulo ex Tauro, Virgine, & Capri-

νικὰς, καὶ πιστὰς, καὶ φιλοῦσι τοὺς οἰκείους, καὶ εἰσὶν εὐεργετικοί. τούτων δὲ αὐτῶν τῶν χωρῶν, ἐπειδὴ ἡ Βρεττανία, καὶ γαλατία, καὶ γερμανία, καὶ Βαρσανία, πλέον τι συνοικειοῦνται τῷ ♈, καὶ τῷ τοῦ ♂, διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐν αὐταῖς ἀγριώτεροι, καὶ θρασύτεροι, καὶ θηριώδεις μᾶλλον. ἡ δὲ ἰταλία, καὶ ἀπουλία, καὶ σικελία, καὶ γαλλία, συνοικειοῦνται τῷ ♌ καὶ τῷ ☉. δι' ὃ καὶ ἐν αὐταῖς ἡγεμονικοὶ μᾶλλον, καὶ εὐεργετικοὶ, καὶ κοινωνικοί. ἡ δὲ τυρρηνία καὶ ἡ κελτικὴ καὶ ἡ σπανία, συνοικειοῦνται τῷ ♂, καὶ τῷ τοῦ ♃. ὅθεν καὶ φιλελεύθεροι οἱ ἐν αὐταῖς, καὶ ἁπλοὶ, καὶ φιλοκαθάριοι. τὰ δὲ μέρη τούτου τοῦ τεταρτημορίου, ἅπερ κεῖται πρὸς τὸ μέσον τῆς οἰκουμένης, θρᾴκη, μακεδονία, καὶ ἰλλυρία, καὶ ἑλλὰς, καὶ ἀχαΐα, καὶ κρήτη, καὶ ἔτι αἱ κυκλάδες, καὶ τὰ παράλια τῆς μικρᾶς ἀσίας, καὶ κύπρου, τὰ κείμενα πρὸς νοταπηλιώτην τοῦ ὅλου τεταρτημορίου, ταῦτα δὴ προσλαμβάνει τὴν συνοικείωσιν τοῦ νοταπηλιωτικοῦ τριγώνου τοῦ συγκειμένου ἔκ τε τοῦ ♉, καὶ τῆς ♍, καὶ τοῦ ♑. τοῦ οἰ-

τοῦ οἰκοδεσποτεῖ ὁ τῆς ♀, καὶ ὁ τοῦ ♄, καὶ ἔτι ὁ τοῦ ☿. ὅθεν καὶ οἱ κατοικοῦντες τὰς χώρας, συγκατασχηματιζόμενοι τούτοις, συγκεκραμμένοι εἰσὶν τά τε σώματα καὶ τὰς ψυχάς· καὶ ὑπάρχουσι μὲν ἡγεμονικοὶ καὶ ἀνδρεῖοι καὶ ἀνυπότακτοι, διὰ τὸν ♂. διὰ δὲ τὸν τοῦ ♃, φιλελεύθεροι, καὶ αὐτοδέσποτοι, καὶ δημαγωγικοί, καὶ νομοθετικοί. εἰσὶ δὲ καὶ φιλομαθεῖς, καὶ φιλόμουσοι, καὶ ἀγωνισταί, καὶ καθάριοι τὰς διαγωγάς, διὰ τὴν τῆς ♀. διὰ δὲ τὴν τοῦ ☿, φιλόξενοι καὶ κοινωνικοί, καὶ φιλοδίκαιοι, καὶ φιλογράμματοι, καὶ δυνατοὶ περὶ λόγους. μάλιστα δέ εἰσι καὶ μυστηρίων ἐπιτελεστικοί, διὰ τὸν δυτικὸν τῆς ♀ σχηματισμόν. πάλιν δὲ καὶ τούτων αὐτῶν τῶν χωρῶν συνοικειοῦνται τὸ πλέον, οἱ μὲν περὶ τὰς κυκλάδας, καὶ τὰ παράλια τῆς μικρᾶς ἀσίας καὶ κύπρου, τῷ τε ♉, καὶ τῷ τῆς ♀. ὅθεν εἰσὶ τρυφηταὶ καὶ καθάριοι, καὶ τοῦ σώματος ἐπιμελούμενοι. οἱ δὲ πρὸς τὴν ἑλλάδα, καὶ τὴν ἀχαΐαν, καὶ τὴν κρή-

corno cujus dominatrix Venus, & ſtella Saturni, necnon & illa Mercurii eſt, ineunt. Hinc fit, ut earum regionum homines, tali triangulo, dominisque conformati, ſint & animo, & corpore contemperati, & propter Martem dominia ambiant, viribus valeant, & ſubjectionem omnem reſpuant. propter Jovem libertatis amatores dominio ſuo ſibi placentes, rerum publicarum inſtitutores, legum latores ſint, præterea ſtudioſi doctrinæ; muſices, ſpectaculorum, mundiciei propter Venerem, propter Mercurium hoſpitii, communionis, æquitatis, literarum, & eloquentia illuſtres, nec contemnendi potiſſimumque propter occiduam Veneris figuram arcanorum ſacrorum, & initiorum inſtitutores. Rurſus inter has regiones, qui Cycladas maritima ora minoris Aſiæ, & Cypri colunt magis ſe cum Tauro, & Veneris ſtella conformant, ideoque ſunt voluptatibus, mundiciei addicti, & corporis curatione ſolliciti. Qui Græciam Achaiam, Cretam tenent

cum

cum Virgine & Mercurio, proptereaq; eloquentiam, & disciplinas sectantur, magisque bona animi quam corporis sibi procurant. Qui Macedoniam, Thraciam, & Illyrium cum Capricorno, & Saturno: ideoque divitias, opesque aucupantur, neque sunt, ac cæteri placidis moribus, neque legibus gubernantur.

Secundi quadrantis, qui partem australem majoris Asiæ occupat: partes Indicam, Arrianam, Gedrosiam, Parthiam, Mediam, Babyloniam, Assyriam, atque Mesopotamiam continentes, tanquam quæ Notapelioticum tractum totius terræ spectent non incongrue Notapeliotico triangulo, ex Tauro, Virgine, & Capricorno, adhuc etiam stellis Veneris, Mercurii, & Saturni in orientali habitu respondent, quod naturas habeant dominatoribus convenientes, colantque Veneris stellam, quam nuncupant Isin; & Saturni, quam

τὴν, συνοικειοῦνται τῇ ♍, καὶ τῷ τοῦ ☿. διότι καὶ λογικοὶ μᾶλλον εἰσὶ, καὶ φιλομαθεῖς, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πρὸ τοῦ σώματος ἐπιμελούμενοι. οἱ δ' ἐν τῇ μακεδονίᾳ καὶ θρᾴκῃ καὶ τῷ ἰλλυρικῷ, συνοικειοῦνται τῷ τε ♑, καὶ τῷ τοῦ ♄. διότι φιλοκτήματοί εἰσιν οὐχ' ἥμεροι δὲ οὕτως, οὐδὲ κατὰ νόμους πολιτευόμενοι.

Τοῦ δὲ β τεταρτημορίου, τοῦ ὄντος κατὰ τὸ νότιον μέρος τῆς μεγάλης ἀσίας, τούτου τὰ μὲν ἄλλα μέρη, ἃ περιέχει ἰνδικήν τε καὶ ἀρριανὴν, καὶ γεδρωσίαν, καὶ παρθίαν, καὶ μηδείαν, περσίδα, βαβυλωνίαν, μεσοποταμίαν, ἀσσυρίαν, ὡς κείμενα πρὸς νοταπηλιώτην τῆς ὅλης οἰκουμένης, εἰκότως συνοικειοῦται τῷ νοταπηλιωτικῷ τριγώνῳ, τῷ συγκειμένῳ ἔκ τε ♉, καὶ ♍, καὶ ♑. ἔτι δὲ συνοικειοῦται καὶ τῷ τῆς ♀, καὶ τῷ τοῦ ☿, καὶ τῷ τοῦ ♄, ἐπὶ ἀνατολικοῦ σχηματισμοῦ· διότι καὶ τὰς φύσεις ἔχουσιν ἀκολουθούσας πρὸς τὴν κυριότητα τῶν οἰκοδεσποτούντων. καὶ σέβουσι μὲν τὸν τῆς ♀, Ἶσιν αὐτὴν ὀνομάζοντες. σέβουσι δὲ καὶ τὸν τοῦ ♄,

μιθρα-

μιθρανήλιον προσαγορεύοντες. οἱ πολλοὶ δὲ καὶ προλέγουσι τὰ μέλλοντα, καὶ τὰ μόρια αὐτῶν τὰ γεννητικὰ ἀνατιθέασι τοῖς θεοῖς. διότι ὁ σχηματισμὸς τῶν εἰρημένων ἀστέρων φύσει σπερματικός ἐστιν. ἔτι δὲ θερμοί εἰσι, καὶ πρὸς τὰς συνουσίας καταφερόμενοι, καὶ ὀρχησταὶ, καὶ πηδητικοὶ, καὶ φιλόκοσμοι, διὰ τὸν τῆς ♀. ἁπλῶς δὲ διάγοντες, διὰ τὸν τοῦ ♄. καὶ φανερῶς ποιούμενοι τὰς πρὸς τὰς γυναῖκας συνουσίας, διὰ τὸ ἀνατολικὸν σχῆμα. μισοῦσι δὲ τὰς πρὸς τοὺς ἄρσενας· διὰ τοῦτο καὶ οἱ πλεῖστοι αὐτῶν ἐκ τῶν μητέρων τεκνοποιοῦσι. προσκυνοῦσι δὲ καὶ τὰ στήθη, διὰ τοὺς ἀνατολικοὺς σχηματισμούς· ὅτι ἡ καρδία ἡγεμονικόν ἐστι, καὶ δύναμιν ἔχουσα ἡλιακήν. εἰσὶ δὲ ὡς ἐπιπολὺ καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα, οἷον στολὰς καὶ καλλωπισμοὺς τρυφεροὶ καὶ γυναικώδεις, διὰ τὸν τῆς ♀. τὰς ψυχὰς δὲ μεγάλοι, καὶ τὰς προαιρέσεις, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ πολεμικοὶ, διὰ τὴν οἰκείωσιν τοῦ ♄, ἣν ποιεῖται πρὸς τὸ τῶν ἀνατολῶν σχῆμα. πάλιν δὲ κατὰ μέρος

Mithranhelium dicunt, venerentur, eorumque quamplurimi futura prædivinant, & membra genitalia Diis consecrant. quod jam memoratorum siderum figuratio natura sua semen augeat; sunt præterea calidi in libidines, effusi tripudiis, & saltationibus dediti, & ornatus studiosi propter Venerem, propter Saturnum, ut ut occasio fert, vitam agentes & pro habitu orientali, palam complexi cum mulieribus cubant, masculorum concubitus oderunt, & eorum quamplurimi matres gravidas suo compressu faciunt, & propter matutinum positum pectoribus adorant, quod cor principatum obtinet, & viribus solem repræsentat. Sunt ut plurimum, & circa corporis ornatum, cultum, & molliciem effeminati, propter Veneris stellam, animis vero, consiliisque grandes, generosi & bellicosi, propter convenientiam cum Saturno, quam in ortu orientali habet. Rursus peculiariter

Tauro,

Tauro, & Veneris ſtella Parthia, Media, & Perſis moderantur, ideo harum regionum habitatores veſtitu ſplendido amiciuntur, & pectore excepto, toto ſe corpore operiunt, & ſunt deliciarum, mundicieique amatores. Præterea Babyloniæ, Meſopotamiæ, & Aſſyriæ Cives, Virgini & Mercurio reguntur, ideo cognitione Mathematum pollent, ſuntque potiſſimum quinque planetarum obſervatores. Item Indicæ Arianæ & Gedroſiæ Capricorno, & Saturno gubernantur, quare deformes ſunt, immundi, & ferinis moribus. Aliæ partes hujus quadrantis in medio totius terræ ſitæ Idumæa, Cœleſyria, Judæa, Phœnica, Chaldæa, Orchynia, & Arabia felix, habitu ad plagam Borrolybicam totius quadrantis reſpicientes, Borrolybico triangulo ex Ariete, Leone & Sagittario conflato conjunguntur, habentque ſui moderatores Jovem, & Martem, & præter hos Mercu-

συνοικειοῦται τῷ ♉, καὶ τῷ τοῦ ♀, ἤτε παρθία, καὶ ἡ μηδεία, καὶ ἡ περσίς. ὅθεν καὶ οἱ ἐνταῦθα στολὰς ἔχουσι λαμπρὰς, καὶ κατακαλύπτουσιν ἑαυτοὺς ὅλους, πλὴν τοῦ στήθους, καὶ εἰσὶ τρυφητοὶ καὶ καθάρειοι. πάλιν δὲ τὰ περὶ τὴν βαβυλῶνα, καὶ μεσοποταμίαν, καὶ ἀσσυρίαν, συνοικειοῦται τῇ ♍, καὶ τῷ τοῦ ☿. δι' ὃ καὶ οἱ ἐνταῦθα εἰσὶ μαθηματικοὶ, καὶ ἐξαιρέτως τῶν ε ἀστέρων παρατηρητικοί. πάλιν περὶ τὴν ἰνδικὴν, καὶ ἀριανὴν, καὶ γεδρωσίαν, συνοικειοῦται τῷ ♑, καὶ τῷ τοῦ ♄. ὅθεν καὶ οἱ ἐν ταῖς χώραις ταύταις, κακόμορφοι, καὶ ῥυπαροὶ, καὶ θηριώδεις. τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τούτου τοῦ τεταρτημορίου, τὰ κείμενα περὶ τὸ μέσον τῆς ὅλης οἰκουμένης, ἰδουμαία, κοιλησυρία, ἰουδαία, φοινίκη, χαλδαϊκὴ, ὀρχυνία, ἀραβία εὐδαίμων, ταῦτα τὴν θέσιν ἔχοντα πρὸς βοῤῥόλιβα τοῦ ὅλου τεταρτημορίου, συνοικειοῦται τῷ βοῤῥολιβυκῷ τριγώνῳ, ἔκτε ♈, καὶ ♌, καὶ ♐. ἔχει δὲ οἰκοδεσπότας, τόν τε ♃, καὶ τὸν τοῦ ♂, καὶ ἔπι τὸν τοῦ ☿. διόπερ

διόπερ οἱ ἐν ταύταις ταῖς χώραις, εἰσὶ πραγματευτικοὶ καὶ συναλλακτικώτεροι, καὶ δειλοκαταφρόνητοι, καὶ ἐπιβουλευτικοὶ, καὶ δουλόψυχοι, καὶ ὅλως εὐμετάβολοι, διὰ τὸν σχηματισμὸν τῶν εἰρημένων ἀστέρων. πάλιν δὲ τούτων οἱ μὲν περὶ τὴν κοίλην συρίαν, καὶ ἰδουμαίαν, καὶ ἰουδαίαν, συνοικειοῦνται μᾶλλον τῷ τε ♈, καὶ τῷ τοῦ ♂· διόπερ ὡς ἐπιπολὺ θρασεῖς εἰσὶ, καὶ ἄθεοι, καὶ ἐπιβουλευτικοί. οἱ δὲ φοίνικες, καὶ οἱ χαλδαῖοι, καὶ οἱ ὀρχήνιοι, συνοικειοῦνται τῷ ♌, καὶ τῷ ☉· διόπερ οὗτοι ἁπλούστεροί εἰσι, καὶ φιλάνθρωποι, καὶ φιλαστρόλογοι, καὶ πάντων μάλιστα σεβόμενοι τὸν ☉. οἱ δὲ κατὰ τὴν ἀραβίαν τὴν εὐδαίμονα, συνοικειοῦνται τῷ ♐, καὶ τῷ τοῦ ♃· ὅθεν ἡ χώρα ἔχει τὸ εὔφορον, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀρωμάτων. καὶ οἱ ἐν αὐτῇ ἄνθρωποι εὐάρμοστοι, καὶ ἐλεύθεροι τὰς διαγωγὰς, καὶ πρὸς τὰς συναλλαγὰς καὶ τὰς πραγματείας.

rium, quapropter earum regionum cultores mercaturas faciunt, & pactis, & permutationibus aquiescunt, pericula contemnunt, insidiis aggrediuntur, animo servile, & prorsus varii propter jam dictarum stellarum figurationem. Et in his Cœlesyriæ Idumeæ & Judeæ accolæ magis Arieti, & Martis stellæ attribuuntur, ideoque sunt ut plurimum audaces, Deorum contemptores, insidiatores. Phænices, Chaldæi, & Ochenii, Leoni, & Soli; quare magis ingenui, humani, & Astrorum studiosi, & præ cæteris gentibus Solem venerantur. Arabiæ felicis habitatores Sagittario & Jovi subduntur, hinc regio fertilis, & Aromatum copia affluens, illiusque cultores apta membrorum compositione spectabiles sunt, & liberali ingenio in consuetudine, contractibus, & negotiatione.

Tertii quadrantis borealem tractum majoris Asiæ occupantis partes ad Bor-

Τοῦ δὲ γ τεταρτημορίου, τοῦ ὄντος κατὰ βόρειον μέρος τῆς μεγάλης ἀσίας, τὰ μὲν ἄλλα μέρη ἅπερ κεῖται μὲν πρὸς

rapelio-

rapeliotem universæ terræ difusæ Hyrcania scilicet, Armenia, Mantiana, Bactriana, Casperia, Serica, Sauromatica, Oxiana, & Sugdiana Borrapeliotico trigono, & Geminis, Libræ, & Aquario commendantur, & traduntur. Dominatores sunt in figuris orientalibus Saturnus & Jupiter; ideoque in iis regionibus Jovi, solique cultus præstatur, ditissimi omnium sunt, auroque affluentes, victu mundo, faciles, divinorum gnari, magiæ addicti, moribus ad liberalitatem, & justitiam compositis, magnanimi, improbitatis osores, amicitiæ tenaces: pro cognatis, honesta causa si adsit, mortem alacres appetentes, in contrahendis nuptiis graves, & puri, in vestitu sumptuosi, & splendidi, benigni, animis excelsi; propterea quod ut plurimum gubernatores per orientales figuras Saturnus, & Jupiter similia peragunt. Ex his Hyrcani, Armeni &

Βορραπηλιώτην τῆς ὅλης οἰκουμένης, περιέχει δὲ ὑρκανίαν, ἀρμενίαν, ματιανήν, βακτριανήν, κασπερίαν, σηρικήν, σαυροματικήν, ὀξιανήν, σουγδιανήν. ταῦτα δὲ συνοικειοῦται τῷ Βορραπηλιωτικῷ τριγώνῳ, τῷ συγκειμένῳ ἔκ τε ♊, καὶ ♎, καὶ ♒. ἔχει δὲ οἰκοδεσποτοῦντας ἐπὶ σχημάτων ἀνατολικῶν, τόν τε ♄ καὶ τὸν ♃. διόπερ οἱ ἐν ταῖς χώραις ταύταις σέβουσι τόν τε ♃, καὶ ☉. πλουσιώτατοι δέ εἰσι, καὶ πολύχρυσοι, καὶ καθάριοι τὰς διαίτας, καὶ εὔκολοι· σοφοί τε τὰ θεῖα, καὶ μάγοι, καὶ τὰ ἤθη δίκαιοι, καὶ ἐλευθέριοι, καὶ μεγαλόψυχοι, καὶ μισοπόνηροι, καὶ φιλόστοργοι, καὶ ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἕνεκεν τοῦ καλοῦ ἀποθνήσκοντες προθύμως· καὶ περὶ τοὺς γάμους δὲ σεμνοί εἰσιν, καὶ καθαροὶ, καὶ περὶ τὰς στολὰς πολυέξοδοι, χαριστικοί τε καὶ μεγαλόφρονες. διότι ὡς ἐπιπολὺ οἱ οἰκοδεσποτοῦντες ὅ τε τοῦ ♄, καὶ ὁ τοῦ ♃, ταῦτα ποιοῦσι διὰ τῶν ἀνατολικῶν σχημάτων. πάλιν δὲ τῶν ἐθνῶν τούτων, τὰ μὲν περὶ τὴν ὑρκανίαν, καὶ ἀρμενίαν, καὶ μαν-

καὶ μαντιανὴν, συνοικειοῦνται μᾶλλον τοῖς τε ♊, καὶ τῷ τοῦ ☿. εἰσὶν οὖν καὶ οἱ ἐν ταύταις, μᾶλλον ὀξύτεροι, καὶ ὑποπόνηροι. τὰ δὲ περὶ τὴν βακτριανὴν, καὶ κασπιρίαν, καὶ σηρικὴν, οἰκειοῦνται τῷ τε ♎, καὶ τῷ τῆς ♀. ὅθεν οἱ ἐν ταύταις ταῖς χώραις, πλουσιώτατοι, καὶ τρυφηταὶ, καὶ φιλοῦντες ᾠδάς. τὰ δὲ περὶ τὴν σαυρομαλικὴν, καὶ ὀξιανὴν, καὶ σουγδιανὴν μέρη, οἰκειοῦνται τῷ ♒, καὶ τῷ τοῦ ♄. διότι τὰ ἔθνη ταῦτα ἀνήμερα μᾶλλον, καὶ αὐστηρὰ, καὶ θηριώδη. τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τούτου τοῦ τεταρτημορίου, ἃ κεῖται μὲν κατὰ μέσον τῆς ὅλης οἰκουμένης, περιέχει δὲ Βιθυνίαν, Φρυγίαν, κολχικὴν, λαξικὴν, συρίαν, κομμαγηνὴν, καππαδοκίαν, λυδίαν, λυκίαν, κιλικίαν, παμφυλίαν. ταῦτα δὴ τὰ κείμενα πρὸς λιβόνοτον τοῦ αὐτοῦ τεταρτημορίου, συνοικειοῦνται τῷ νοτολιβυκῷ τριγώνῳ, τῷ συγκειμένῳ ἔκ τε ♋, καὶ ♍, καὶ ♓. ἔχει δὲ οἰκοδεσπότας τόντε τοῦ ♂, καὶ τὴν τῆς ♀, καὶ ἔτι τὸν τοῦ ☿. διὸ οἱ ἐν ταῖς χώραις ταύταις, σέβουσι μὲν ὡς ἐπιπολὺ τὴν ♀, ὡς θεῶν μητέρα, διαφόροις αὐτὴν καὶ ἐγχωρίοις ὀνόμασιν ὀνομάζοντες. ὁμοίως

Mantiani Geminis, & Mercurio reguntur; ideoq; ſunt ingenio perſpicaciores, ſubdoli, improbiores. Bactriani, Caſperii & Serici Libræ & Veneri; quare divitiis affluũt, molles ſunt, & delicati, cantilenis addictiſſimi. Saromatæ, Oxiani, & Sugdiani Aquario, & Saturno; propterea ſunt efferatiores, rigidiores, incultiores. Cæteræ quadrantis partes totius terræ medium occupantes, uti Bythinia, Phrygia, Colchis, Laxia, Syria, Commagene. Cappadocia, Lydia, Lycia, Cilicia, & Pamphylia ad Lybonatum ejuſdem quadrãtis effuſæ Notolybico triangulo ex Cancro, Virgine, & Piſcibus ſubjacent, & reguntur ſimiliter à Marte, & Venere, & præter hos Mercurio; quare eorum accolæ fere ubiq; Venerem quaſi Deorum matrem ſupplices venerantur, variis indigeniſque nominibus inditis, Mar-

tem item, quam Adonim, aliisque nonnullis compellationibus indigitant; & plerique illis cum planctibus, atque ejulatu rem divinam faciunt. Sunt animo servili, laboriosi, ad fraudationes, versutias, rapinas callidum ingenium gerunt, mercenariæ militiæ operam navant, ipsi quoque sese mutuo propter Martis, & Veneris orientalem habitum captivant, in servitutem ablegant, & internecinis bellis conficiunt. Nam in triangulari signo Veneris, Capricorno duntaxat Martis; in triangulari vero signo Martii piscibus scilicet, Veneris stella exaltatur. Quapropter uxores viros summo amore prosequuntur, illis officia præstant, rei familiaris conservatrices, operatrices, obeundis ministeriis aptæ, &, ut summatim dicam, labores non respuunt, sed sibi procurant, famulatumque conjugibus exhibent & serviunt, subjici, obedireque ambiunt. Rursus ex his Bithynia, Phrygia, & Cholchis potissimum Cancro, & Lunæ conformantur, propterea

καὶ τὸν τοῦ ♂, καλοῦντες αὐτὸν ἄδωνιν, καὶ ἄλλοις τισὶν ὀνόμασιν· καί τινας δὲ τελετὰς μετὰ ὀδυρμῶν ἐκτελοῦσιν αὐτοῖς. εἰσὶ δὲ δουλόψυχοι, καὶ ἀγαπῶντες τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ ὑποπόνηροι, καὶ περίκακοι, καὶ ἅρπαγες, καὶ μισθοῦ στρατευόμενοι, καὶ ἀλλήλους αἰχμαλωτίζοντες, καὶ καταδουλοῦντες, καὶ πολεμοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς, διὰ δὲ τοὺς ἀνατολικοὺς σχηματισμοὺς τοῦ τε ♂, καὶ τῆς ♀. καὶ γὰρ ἐν μὲν τῷ τριγωνικῷ ζωδίῳ τοῦ ♀, λέγω δὴ τῷ ♑, ὁ τοῦ ♂ ὑψοῦται· ἐν δὲ τῷ τριγωνικῷ ζωδίῳ τοῦ ♂, λέγω δὴ τοῖς ♓, ὁ τῆς ♀ ὑψοῦται. διὰ ταῦτα οὖν συμβαίνει τὰς γυναῖκας πᾶσαν εὔνοιαν πρὸς τοὺς ἄνδρας ἔχειν, καὶ φιλοστοργίαν, καὶ εἶναι αὐτὰς φυλακτικὰς τῶν οἰκιῶν, καὶ ἐργατικὰς, καὶ ὑπηρετικὰς, καὶ ὅλως φιλούσας τὸ πονεῖν, καὶ τοῖς ἀνδράσιν ὑποτεταγμένας. πάλιν δὲ τούτων, τὰ μὲν περὶ τὴν Βιθυνίαν, καὶ Φρυγίαν, καὶ κολχικὴν, συνοικειοῦται μᾶλλον τῷ ♋, καὶ τῇ ☽. δι᾽ ὃ ἐν ταῖς χώραις ταύταις

οἱ μὲν ἄνδρες εἰσὶν εὐλαβεῖς καὶ ὑποταττόμενοι· τῶν δὲ γυναικῶν αἱ πλεῖσται, διὰ τὸ ἀνατολικὸν καὶ ἀρσενικὸν σχῆμα τῆς ☽, εἰσὶν ἀνδρεῖαι, καὶ ἀγαπῶσι τὸ ἄρχειν, καὶ πολεμικαί, καὶ καθάπερ αἱ ἀμάζονες, φεύγουσι μὲν τὰς συνουσίας τῶν ἀνδρῶν, ὁπλίζεσθαι δὲ φιλοῦσι καὶ ἀνδρίζεσθαι, καὶ τῶν θηλυκῶν βρεφῶν τοὺς δεξιοὺς ἀποκόπτουσι μαστοὺς διὰ τὰς στρατιωτικὰς χρείας, καὶ ἵνα γυμνὸν ἐπιδεικνύουσι τοῦτο τὸ μέρος ἐν ταῖς παρατάξεσιν, ἔχωσιν ἐπιδεικνύειν καὶ τὸ τῆς φύσεως αὐτῶν ἀρσενικόν. πάλιν δὲ τὰ περὶ τὴν συρίαν, καὶ κομμαγηνήν, καὶ καππαδοκίαν, συνοικειοῦται τῷ τε ♏, καὶ τῷ τοῦ ♂· διόπερ τοὺς ἐν ταύταις συμβαίνει θρασεῖς εἶναι, καὶ πονηρούς, καὶ ἐπιβουλευτικούς, καὶ ἐπιπόνους. τὰ δὲ περὶ τὴν λυδίαν, καὶ κιλικίαν, καὶ παμφυλίαν, συνοικειοῦται τοῖς τε ♓, καὶ τῷ τοῦ ♃· ὅθεν οἱ ἐκεῖ ἄνθρωποι πολυκτήμονες, καὶ πραγματευταί, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ κοινοὶ τὰς διαγωγάς, καὶ πιστοὶ πρὸς τὰ συναλλάγματα.

viri in illis pietatem colunt, & obediunt, mulierum quamplurimæ propter orientalem, masculumque Lunæ positum viriles, imperiosæ, bellatrices, & veluti Amazones sese à libidine virorum, & cupiditatibus avocant, armis circumvestiuntur, viribus, studiis, ac muneribus, quod illis volupe est, asserunt, & propter militares usus dextras puellarum mammillas præcidunt, ut in conflictu parte illa denudata naturæ suæ robur, & masculum sexum ostendant. Præterea Syria, Commagene; & Cappadocia, Scorpioni, & Marti reguntur, proptereaque earum cives audaces esse, pravos insidiatores, & laboriosos contingit. Lydia, Cilicia, & Pamphylia Piscibus, & Jovi, ideoque in illis homines, multa possident, mercaturam exercent, libertatem amant, communi vitæ instituto utuntur, fidelesque sunt in contractibus.

Postremi quadrantis in ea plaga vulgo Lybia dicitur, partes Numidiam, Carchedoniam, Africam, Phyzaniam, Nasamonitem, Garamanticam, Mauritaniam, Gettuliam, & Metagonitem complectentes, & se in Libonotum universæ terræ inserunt, Notolybico triangulo ex Cancro, Virgine & Piscibus subjacent, & in situ occidentali à Marte, & Venere gubernantur. Quapropter tali stellarum configuratione earum incolas à marito, uxoreq; uterinis fratribus, marito hominibus, uxore mulieribus jura dante principatu premi contingit. sunt valde calidi, ad muliebres concubitus furentes, conjugiorum raptores, & multis in locis reges primi omnium subditorum uxoribus pudicitiam imminuunt, & in aliis mulieres compressibus omnium parent. ornatus oppido amãt, cultuque muliebri deco-

Τοῦ δὲ λοιποῦ τεταρτημορίου, τοῦ ὄντος κατὰ τὴν κοινῶς καλουμένην λιβύην, τὰ μὲν ἄλλα μέρη τὰ περιέχοντα τὴν νουμηδίαν, τὴν καρχηδονίαν, τὴν ἀφρικὴν, τὴν φαζανίαν, τὴν νασαμονίτιν, τὴν γαραμαντικὴν, τὴν μαυριτανίαν, τὴν γετουλίαν, τὴν μεταγωνῖτιν, ταῦτα δὴ ἅπερ κεῖται πρὸς λιβόνοτον τῆς ὅλης οἰκουμένης, συνοικειοῦται μὲν τῷ νοτολιβυκῷ τριγώνῳ, τῷ συγκειμένῳ ἔκ τε ♋ καὶ ♍ καὶ ♓· οἰκοδεσποτεῖται δὲ αὐτοῦ ὅ, τε τοῦ ♂, καὶ ὁ τῆς ♀, ἐπὶ σχήματος δυτικοῦ. δι' ὃ ἕνεκεν τοῦ τοιούτου σχηματισμοῦ τῶν ἀστέρων, συμβαίνει τοὺς ἐν αὐτοῖς κατοικοῦντας, ὑπό τε ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ὁμομητρίων ἀδελφῶν ὄντων βασιλεύεσθαι, τοῦ μὲν ἀνδρὸς ἄρχοντος τῶν ἀνδρῶν, τῆς δὲ γυναικὸς τῶν γυναικῶν. εἰσὶ δὲ καὶ σφόδρα θερμοὶ, καὶ πρὸς τὰς συνουσίας τῶν γυναικῶν καταφερεῖς, καὶ τοὺς γάμους ἁρπάζουσι, καὶ πολλαχοῦ πρῶτοι οἱ βασιλεῖς τῶν γαμετῶν τῶν ὑπηκόων συμφθείρονται. παρά τισι δὲ καὶ κοιναὶ πάντων ὑπάρχουσιν αἱ γυναῖκες. φιλοῦσι δὲ καὶ τὸ καλλωπίζεσθαι, καὶ τὰ κόσμια γυναικεῖα

ναυκεῖα περιζώννυσθαι διὰ τὴν τοῦ ♀. διὰ δὲ τὴν τοῦ ♂, εἰσὶν ἀνδρεῖοι καὶ ὑποπόνηροι, καὶ μαγεύοντες, καὶ παράβολοι, καὶ τολμηροὶ πρὸς τοὺς κινδύνους. πάλιν δὲ τούτων οἱ μὲν περὶ τὴν νουμηδίαν, καὶ καρχηδόνα, καὶ ἀφρικήν, μᾶλλον συνοικειοῦνται τῷ ♋, καὶ τῇ ☽. διόπερ οὗτοι κοινωνικῶς ζῶσι, καὶ πραγματεύονται, καὶ ἐν εὐθηνίᾳ πάσῃ διατελοῦσιν. οἱ δὲ περὶ τὴν μεταγωνῖτιν, καὶ μαυριτανίαν, καὶ γετουλίαν συνοικειοῦνται τῷ τε ♏, καὶ τῷ τοῦ ♂· ὅθεν καὶ θηριώδεις εἰσὶν οὗτοι, καὶ μαχιμώτατοι, καὶ κρεοφάγοι, καὶ σφόδρα παράβολοι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ καταφρονοῦντες τοῦ ζῆν, ὥστε διὰ τοῦτο μηδὲ ἀπέχεσθαι τοῦ φονεύειν ἀλλήλους. οἱ δὲ περὶ τὴν φαζανίαν, καὶ νασαμωνῖτιν, καὶ γαραμαντικήν, συνοικειοῦνται τοῖς τε ♓, καὶ τῷ τοῦ ♃· δι' ὅπερ οὗτοι ἐλεύθεροι, καὶ ἁπλοῖ τὰ ἤθη, καὶ φιλοῦντες ἐργάζεσθαι, καὶ εὐγνώμονες, καὶ καθάριοι, καὶ ὡς ἐπιπολὺ ἀνυπότακτοι, σέβονται δὲ καὶ τὸν τοῦ ♃, ὡς ἄμμωνα. τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τοῦ τεταρτημορίου πρὸς τὸ μέσον τῆς ὅλης οἰκουμένης, ἃ περιέχει τὴν κυρηναϊκήν,

rantur propter Venerem, ſed propter Martem generoſi ſunt, ſubdoli, venefici, impoſtores, ad pericula prompti. Rurſum ex his Numidia, Carthago, & Africa Cancro potiſſimum, & Luna reguntur, ideoque earum cultores communiter vivunt, negotiantur, omnibus bonis abundant. Metagonitidos, Mauritaniæ, & Getuliæ cives Scorpio, Martique ſubjiciuntur ; ideo ſunt efferatis moribus, belliçoſiſſimi, carnivori, periculorum contemptores, vitæ propriæ adeo prodigi, ut neque ſibi parcant , ſed mutua cæde occidant. Phaſaniæ , Naſamonitidos , & Garamanticæ Arieti, & Jovi; ideoque ſunt liberi moribus, ingenuis, ac ſimplicibus, laborioſi, benefici, mundiciei dediti , & plerumq; ſervitutem neſciunt, Jovem æque , ac Ammonem adorant, & propitium invocant. Aliæ quadrantis partes ad medium orbis terrarum, Cyrenaica ſcili-

cet, Marmarica, Ægyptus, Thebais, Oasis, Troglodytica, Arabia, Azania, Æthiopia media ad Apeliotem totius quadrantis sitæ Borrapeliotico triangulo ex Geminis, Libra, & Aquario cognatione quadam subsunt habentque dominatores Saturnum, & Jovem, & præter hos Mercurium, propterea homines in illis, veluti dominii quinque planetarum participes secundum occiduum habitum Deos amant, Deos timent, Diis complicãtur, ad lacrymas proni, mortuos sub terra sepelientes, è conspectu hominum amovent, propter vespertinum positum legibus, & moribus variis, omnisque generis utuntur, & Deos universarum gentium colunt dum parent sunt humiles, timidi, abjecti, patientes, dum imperant magnanimi, animosi, pluribus uxoribus copulantur, multitudine hominum abundant, in libidine præcipites, cum sororibus una coëunt, viri

τὴν μαρμαρικήν, αἴγυπτον, θηβαΐδα, ὄασιν, τρωγλωδυτικήν, ἀραβίαν, ἀζανίαν, μέσην αἰθιοπίαν· ταῦτα πρὸς ἀπηλιώτην κείμενα τοῦ ὅλου τεταρτημορίου, συνοικειοῦται τῷ βορραπηλιωτικῷ τριγώνῳ, τῷ συγκειμένῳ ἔκ τε ♊, καὶ ♎, καὶ ♒. ἔχει δὲ οἰκοδεσποτοῦντας τόν τε τοῦ ♄, καὶ τὸν τοῦ ♃, καὶ ἔτι τὸν τοῦ ☿. δι' ὃ οἱ ἐν ταύταις ταῖς χώραις, ὡς κοινωνοῦντες σχεδὸν τῆς οἰκοδεσποτείας τῶν ε' πλανήτων, κατὰ τὸν δυτικὸν σχηματισμὸν, φιλόθεοί τε εἰσὶ, καὶ φοβούμενοι τὸ θεῖον, καὶ προσπλεκόμενοι πρὸς θεοὺς, καὶ φιλόθρηνοι, καὶ κρύπτουσι ἐν γῇ τοὺς ἀποθνήσκοντας, καὶ ἀφανίζουσι διὰ τὸν δυτικὸν σχηματισμόν. χρῶνται δὲ νόμοις καὶ ἔθεσι παντοίοις, καὶ σέβουσι παντοίους θεούς. καὶ ἐν μὲν τῷ ὑποτάσσεσθαί εἰσι ταπεινοὶ καὶ δειλοί, καὶ μικροπρεπεῖς, καὶ ὑπομονητικοί· ὅταν δὲ ἄρχωσιν, εἰσὶ μεγαλόψυχοι καὶ μεγαλόφρονες· εἰσὶ δὲ καὶ πολυγύναιοι, καὶ πολύανδροι, καὶ πρὸς τὰς μίξεις καταφερεῖς, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς συναρμοζόμενοι. εἰσὶ δὲ καὶ πολύσποροι οἱ ἄνδρες.

ρες. εἰς γὰρ τὸ συλλαμβάνειν αἱ γυναῖκες κάλλισται, κατὰ τὸ καρποφόρον τῆς χώρας ἀκολούθως. τῶν δὲ ἀνδρῶν πολλοὶ μὲν παραλελυμένοι τὰς ψυχάς εἰσι, καὶ γυναικώδεις· τινὲς δὲ καὶ καταφρονοῦσι τῶν γεννητικῶν μελῶν, διὰ τὸν σχηματισμὸν τὸν γινόμενον ἐκ τῶν κακοποιῶν, μετὰ τοῦ δυτικοῦ τῆς ♀. πάλιν δὲ, τούτων οἱ μὲν περὶ τὴν κυρηναϊκὴν, καὶ μαρμαρικὴν, καὶ μάλιστα οἱ περὶ τὴν κάτω χώραν τῆς αἰγύπτου, συνοικειοῦνται μᾶλλον τοῖς τε ♊, καὶ τῷ τοῦ ☿· διόπερ οὗτοι διανοητικοί τέ εἰσι, καὶ συνετοὶ, καὶ εἰς πάντα καταληπτικοὶ, μάλιστα δὲ πρὸς σοφίαν, καὶ τὴν εὕρεσιν τῶν θείων. εἰσὶ δὲ καὶ μαγευτικοὶ, καὶ τελετὰς ἀποκρύφους, καὶ μυστήρια ἐπιτελοῦσι, καὶ ὅλως πρὸς τὰ μαθήματα εἰσιν ἱκανοί. Οἱ δὲ περὶ τὴν θηβαΐδα, καὶ τὴν ὄασιν, καὶ τὴν τρωγλοδυτικὴν, συνοικειοῦνται τῷ τε ♎, καὶ τῷ τῆς ♀· ὅθεν θερμότεροι τέ εἰσι, καὶ τὰς φύσεις ὀξύτεροι, καὶ ἔχοντες τὴν διαγωγὴν εὔφορον. οἱ δὲ περὶ τὴν ἀραβίαν, καὶ ἀζα-

in procreando fœcundi, mulieres in concipiendo aptiſſimæ, eadem ratione, qua & regio illa ferax, ac fœcunda eſt. Virorum plerique ignavi ſunt, & animis effeminati, alii genitalia tanquam rem nullius momenti ſibi mutilant propter maleficorum planetarum, & Veneris habitum veſpertinum. Ex his rurſus Cyrenaicæ, Marmaricæ & inferioris Ægypti accolæ Geminis potius, Mercurioque conveniunt, quapropter inventores ſunt, prudentes, in omnibus rebus ſagaces, præcipue vero ſapientia, & rerum divinarum inventione inſignes, præterea venefici, & arcanorum ſacrorum, ac initiorum inſtitutores, & demum ad diſciplinas mathematicas aptiſſimi. Qui vero tenent Thebaida, Oaſim, & Troglodyticam cum Libra, & Venere familiaritatem habent, ideoque ſunt calidiores, natura velociores, commodoque vitæ genere vivunt. Qui Arabiam, Aza-

niam, & mediam Æthiopiam cum Aquario & Saturno; ideoque & hi carnibus, & piscibus vescuntur, & veluti belluæ dispersi, & vagabundi vitam agrestem, & feris similem traducunt. Convenientias itaque stellarum, & signorum, necnon mores, & proprietates, quæ ex illis & in particularia, & in generalia influuntur, hac ratione, ut fieri potuit, in compendio exposuimus. Vt vero eorum cognitio ususque facilius haberi possit, singulas nationes, singulis signis conformatas, quo commemoravimus modo, designabimus.

νίαν, καὶ μέσην αἰθιοπίαν, συνοικειοῦνται τῷ τε ♒, καὶ τῷ τοῦ ♄. διότι καὶ οὗτοι κρεωφάγοι τέ εἰσιν, καὶ ἰχθυοφάγοι, καὶ ὥσπερ τὰ θήρια διεσπαρμένοι, καὶ ἄμικτοι, καὶ ζῶντες βίον ἀνημμένον καὶ θηριώδη. αἱ μὲν οὖν συνοικειώσεις τῶν τε ἀστέρων, καὶ τῶν δωδεκατημορίων, καὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰ ἰδιώματα ἅπερ ἐκ τούτων ἀποτελεῖται, καὶ τὰ κατὰ μέρος, καὶ τὰ καθολικώτερα, ὡς ἐν συντόμῳ διετυπώθη τοῦτον τὸν τρόπον. Διὰ δὲ τὸ εἶναι εὔκολον τὴν γνῶσιν αὐτῶν, καὶ τὴν χρῆσιν, ἐκθήσομαι καὶ ἕκαστα τῶν ἐθνῶν, ἅπερ πρὸς ἕκαστον δωδεκατημόριον συνοικειοῦται κατὰ ἀκολουθίαν, καὶ κατὰ εἰρημένον περὶ αὐτῶν τρόπον.

ΕΚΘΕ-

ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΩΝ ΧΩΡΩΝ, ΚΑΘ' ΩΣ ΠΡΟΣ ἕκαστον ζώδιον ἑκάστη χώρα ἔχει.

Κριός	Ταῦρος	Δίδυμοι	Κάρκινος	Λέων	Παρθένος
βρεττανία	παρθία	ὑρκανία	νουμηδία	ἰταλία	μεσοποταμία
γαλατία	μήδεια	ἀρμενία	καρχηδονία	γαλλία	βαβυλωνία
γερμανία	περσὶς	μαντιανὴ	ἀφρικὴ	σικελία ἀπουλία	ἀσσυρία
		περὶ τὸ μέσον			
παλαιστίνη	κυκλάδες	κυρηναϊκὴ	βιθυνία	φοινίκη	ἑλλὰς
κοιλησυρεία	κύπρος	μαρμαρικὴ	φρυγία	χαλδαία	ἀχαία
ἰδουμαία	μικρὰ ἀσία	αἰγύπτου κάτω χώρα	κολχικὴ	ὀρχηνία	κρήτη

Ζυγὸς	Σκόρπιος	Τοξότης	Αἰγόκερως	Ὑδροχόος	Ἰχθύες
βακτριανὴ	μεταγωνῖτις	τυρρηνία	ἰνδικὴ	σαυροματικὴ	Φαζανία
κασπειρία	μαυριτανία	κελτικὴ	ἀρειανὴ	ὀξιανὴ	νασαμωνιτικὴ
σηρικὴ	γετουλία	σπανία	γεδρωσία	σουγδιανὴ	γαραμαντικὴ
		περὶ τὸ μέσον			
θηβαΐς	συρία	ἀραβία εὐδαίμων	θρᾴκη	ἀραβία	λυδία
ὄασις	κομμαγηνὴ		μακεδονία	ἀζανία	κιλικία
τρωγλοδυτικὴ	καππαδοκία		ἰλλυρὶς	μέση αἰθιοπία	παμφυλία

γίνονται χῶραι οβ.

REGIONUM DISPOSITIO, UT QUÆLIBET ad quodlibet ſignum referatur.

Aries	Taurus	Gemini	Cancer	Leo	Virgo
Britannia	*Parthia*	*Hyrcania*	*Numidia*	*Italia*	*Meſopotamia*
Galatia	*Media*	*Armenia*	*Carchedonia*	*Gallia*	*Babylonia*
Germania	*Perſis*	*Mantiana*	*Africa*	*Sicilia* *Apulia*	*Aſſyria*
		In medio			
Paleſtina	*Cyclades*	*Cyrenaica*	*Bithynia*	*Phœnice*	*Græcia*
Cœleſyria	*Cyprus*	*Marmarica*	*Phrygia*	*Chaldæa*	*Achaia*
Idumea	*Minor Aſia*	*Aegyptus infe-rior*	*Colchis*	*Orchenia*	*Creta*

Libra

Libra	Scorpius	Sagittarius	Capricornus	Aquarius	Pisces
Bactriana	*Metagonitis*	*Thyrrenia*	*Indica*	*Sauromatica*	*Phazania*
Carpiria	*Mauritania*	*Celtica*	*Ariana*	*Oxiana*	*Nasamonitica*
Serica	*Getulia*	*Hispania*	*Gedrosia*	*Sugdiana*	*Garamantica*
		In medio			
Thebais	*Syria*	*Arabia felix*	*Thracia*	*Arabia*	*Lydia*
Oasis	*Commagene*		*Macedonia*	*Azania*	*Cicilia*
Troglodytica	*Cappadocia*		*Illyrium*	*Aethiopia media*	*Pamphylia*

Sunt regiones 72.

Τούτων

Τούτων ἐκτεθέντων, δεῖ προσθεῖναι καὶ ἐκεῖνο, ὅτι καὶ ἕκαστος τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων συνοικειοῦται ταῖς χώραις, ὅσαις καὶ τὰ τοῦ ζωδιακοῦ συνοικειοῦται μέρη, ὅταν οἱ ἀπλανεῖς κατὰ τῶν μερῶν τούτων ἔχωσι τὰς προσνεύσεις ποιουμένων συμπάθειαν τῶν τοιούτων μερῶν ἐπὶ τοῦ γραφομένου κύκλου, διὰ τῶν πόλων τοῦ ζωδιακοῦ. καὶ ἕτερον δὲ δεῖ προσθεῖναι, ὅτι ἐπὶ τῶν μητροπόλεων ἐκεῖνοι οἱ τόποι τοῦ ζωδιακοῦ μάλιστα συμπαθοῦσιν, οὓς ἐτύγχανον ὁ ☉ καὶ ἡ ☽ παροδεύοντες, ὅτε τὴν κατ' ἀρχὴν τῆς κτίσεως ἐλάμβανεν ἡ μητρόπολις. καὶ τῶν κέντρων μάλιστα συμπαθεῖ τὸ ὡροσκοποῦν. ὧν δὲ μητροπόλεων οὐχ εὑρίσκονται οἱ χρόνοι τῶν κτίσεων, ἐκπίπτει τὸ μεσουράνημα κατὰ τὴν γένεσιν τῶν κατὰ καιρὸν ἀρχόντων, ἢ βασιλευόντων.

Κεφ. ε'.

Διάληψις εἰς τὰ κατὰ μέρος προαποτελεσματικὴ τῶν ἐκλείψεων.

Τούτων οὕτως προειρημένων, ἐροῦμεν ὡς ἐν συντόμῳ, οἵῳ τρόπῳ περὶ τῶν προαποτελεσματικῶν ἐπισκε-

His sic expositis illud quoque addendum est fixarum stellarum quamlibet cum regionibus Zodiaci partibus subjectis, familiaritate conjungi; cum fixæ eas partes aspiciant, quæ cum illis partibus, Zodiaci inducto per polum circulo consensum habent. Illud preterea subnectendum est, cum præcipuis urbibus Metropoleos nomine conspicuis loca illa Zodiaci, quæ Sol & Luna percurrebant, diem earum prima exstructionis principia facta sunt, & ex cardinibus potissimum horoscopum maxime consentire. Quarum autem urbium extructionis tempora reperiri non potuerunt, medium cœli in genituram principum, ac Regum pro tempore cadit.

Cap. V.

Admonitio de particularium prædictione.

His suppositis breviter exponemus, quanam ratione de prædictionibus sermonem instituere in animo

animo est, & primum quidem de eventibus universalibus sive urbium, sive regionum. Prima itaque potissima, ac validissima horum accidentium causa est ex eclipticis Solis, & Lunæ conjunctionibus, & stellarum eo tempore transitu. Hujuscemodi porro prædictionum, earumque examinis una pars est localis, qua dijudicabimus quibusnam urbibus, aut regionibus particulares defectus, vel errantium permanentes pro tempore stationes contingent. Erunt vero Saturni, Jovis, & Martis cum stationarios esse contingit, tunc enim portendunt; altera est temporalis qua tempus eventus accidentis, & quamdiu duraturum sit, deprehendimus. Tertia generalis à quibus scilicet generibus accidens comprehendatur. postrema specialis, qua præcognoscitur, quid erit illud accidens, quod futurum est.

ψόμεθα. καὶ πρῶτον περὶ τῶν συμβαινόντων καθολικῶς, ἢ κατὰ πόλεις, ἢ κατὰ χώρας. ἔστιν οὖν ἡ πρώτη καὶ ἰσχυροτάτη αἰτία τῶν τοιούτων συμπτωμάτων, ἐκ τῶν ἐκλειπτικῶν συζυγιῶν ☉ καὶ ☽, καὶ τῶν παροδευόντων ἐν αὐταῖς ἀστέρων. Τῆς δὲ τοιαύτης προαποτελεσματικῆς ἐπισκέψεως, τὸ μὲν ἐστι τοπικὸν, καθ' ὃ προγνωσόμεθα, εἰς ποίας πόλεις ἢ χώρας αἱ κατὰ μέρος ἐκλείψεις συμβήσονται, ἢ αἱ τῶν πλανωμένων ἐπιμένουσαι κατὰ καιροὺς στάσεις. αὗται δέ εἰσι ♄ καὶ ♃ καὶ ♂, ὅτ' ἂν στηρίζωσι· τότε γὰρ τὰς ἐπισημασίας ποιοῦνται. τὸ δέ ἐστι χρονικὸν, καθ' ὃ δεῖ προγινώσκειν τὸν καιρὸν τῆς ἐκβάσεως τοῦ συμπτώματος, καὶ μέχρι πόσου παραθήσεται χρόνου. τὸ δέ ἐστι γενικὸν, οἷον ποῖα γένη καταλήψεται τὸ σύμπτωμα. καὶ τελευταῖον ἐστὶ τὸ εἰδικὸν, καθ' ὃ προγινώσκειν δεῖ, τί ἔσται αὐτὸ τὸ ἐκβησόμενον σύμπτωμα.

Κεφ.

Κεφ. ϛ΄.

Περὶ τῆς ἐπισκέψεως τῶν χωρῶν, αἱ ὑπὸ τοῦ συμπτώματος καταλαμβάνονται.

Ἡ μὲν οὖν πρώτη καὶ τοπικὴ ἐπίσκεψις, τοιαύτη τίς ἐστι. κατὰ τὰς συζυγίας τὰς ἐκλειπτικὰς τοῦ ☉ καὶ τῆς ☽, καὶ μάλιστα ὅσαι φανερῶς θεωροῦνται, ἐπισκεψόμεθα τόν τε ἐκλειπτικὸν τόπον τοῦ ζωδιακοῦ, καὶ τὰς χώρας τὰς κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον συνοικειουμένας τοῖς τριγώνοις. ὁμοίως δὲ καὶ τίνες τῶν πόλεων ἔχουσι συμπάθειαν πρὸς τὸ τῆς ἐκλείψεως δωδεκατημόριον, ἢ ἐκ τῆς ὡροσκοπίας τῆς κατὰ τὴν κτίσιν αὐτῶν, καὶ φωσφορίας, ἢ ἐκ τῆς μεσουρανήσεως τῶν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε αἱ πόλεις ἐκτίζοντο, ἀρχόντων ἢ βασιλευόντων. ὅσαι δέ εἰσι χῶραι ἢ πόλεις πρὸς τὴν συνοικείωσιν εὑρισκόμεναι, πᾶσαι καταληφθήσονται τῷ συμπτώματι. μάλιστα δὲ εἰς ἐκείνας τὸ σύμπτωμα γενήσεται, ὅσαι πρὸς αὐτὸ τῆς ἐκλείψεως δωδεκατημόριον συνοικειοῦνται, καὶ εἰς ὅσα μέρη ἐφαίνετο

CAP. VI.

De consideratione regionum, ad quas effectus pertinebit.

PRimæ partis de loco, cõsideratio ita se habet. In conjunctionibus eclipticis Solis, & Lunæ, & in iis præcipue, quæ manifeste oculis abjiciuntur, locum Zodiaci, in quo defectus luminum accidit regionesque illi loco juxta triangularum dispositionem, familiares considerabimus. Præterea quæ urbes convenientiam cum signo, in quo defectus fit, aut propter horoscopum, quem dum extruerentur obtinebant, & luminum irradiationem, aut medium cœli principum, & regum, qui tunc, cum urbes exædificabantur, rebus præerant, habent: singulæ itaque regiones, & urbes in ea familiaritate repertæ eventui subjicientur. Ad partes vero cum ipso signo, in quo defectus fuit, consentientes, necnon ad eas, in quibus defectus prædictus, dum

fieret ſuper terram viſus eſt, eventus potiſſimum pertinebit.

γινομένη ἡ ἔκλειψις ὑπὲρ γῆν οὖσα.

Cap. VII.

De tempore eventuum.

SEcundam partem, qua tempus judicandum eſt, quando videlicet eventus erunt, & poſtquam venerint, quamdiu duraturi ſunt, tali ratione expediemus. In defectibus, quæ eodem tempore contingunt, cum non in omnibus regionibus, iiſdem temporalibus horis, vel ſolaribus accidant, neque obſcuratio corporum, vel tempus durationis ubique iiſdem terminis circumſcribatur, primum quidem hora ecliptica, qua in ſingulis regionibus familiaribus defectus contingit, & altitudine poli, cardines quaſi in genitura conſtituemus: deinceps quot horis æquinoctialibus in quacunque regione defectus obſcuratio perduravit. His enim ſic examinatis, ſi defectus fuerit ſolaris per tot annos

Κεφ. ζ'.

Περὶ τοῦ χρόνου τῶν ἀποτελουμένων.

ΔΕύτερον κεφάλαιον τὸ χρονικὸν, καθ' ὃ δεῖ προγινώσκειν τὸν καιρὸν, ὅτε καταλαμβάνει τὸ ἀποτέλεσμα, καὶ μέχρι πόσου παραθήσεται χρόνου. τοῦτο οὖν ἐπισκεψόμεθα τοιούτῳ τρόπῳ. Ἐν ταῖς ἐκλείψεσι ταῖς γινομέναις κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὅτ' ἂν μὴ κατὰ πᾶσαν οἴκησιν ἐν ταῖς αὐταῖς καιρικαῖς ὥραις ἢ ταῖς ἡλιακαῖς ταῖς αὐταῖς γίνωνται, μηδὲ τὸ μέγεθος τῆς ἐπισκοτίσεως, ἢ ὁ χρόνος τῆς παρεκτάσεως ἴσος ᾖ πανταχοῦ· πρῶτον μὲν κατὰ τὴν ὥραν τὴν ἐκλειπτικὴν, καθ' ἣν ἐν ἑκάστῃ τῶν οἰκήσεων αἱ ἣ τὴν συνοικείωσιν εἶχον ἐγένετο, καὶ κατὰ τὸ ὕψωμα τοῦ πόλου, κέντρα διαθήσομεν ὡς ἐπὶ γενέσεως. ἔπειτα δὲ καὶ ἐπὶ πόσας ὥρας ἰσημερινὰς ἐν ἑκάστῃ τῶν οἰκήσεων τὸ ἐπισκίασμα τῆς ἐκλείψεως ἐξετάσθη. τούτων γὰρ οὕτως ἐξετασθέντων, ἡλιακῆς μὲν οὔσης τῆς ἐκλείψεως, τοσούτους ἐνιαυτοὺς ὑπονοή-

ὑπονοήσομεν τὸ ἀποτέλεσμα παραμένειν, ὅσαι ὧραι τὸ ἐπισκίασμα διεμέτρησαν. σεληνιακῆς δὲ τῆς ἐκλείψεως οὔσης, ἀντὶ τῶν ἐνιαυτῶν, τοσοῦτοι μῆνες διαμετρηθήσονται. καὶ ἡ μὲν ἀρχὴ τοῦ συμπτώματος, καὶ ἡ καθολικὴ ἐπίτασις, θεωρεῖται ἐκ τῆς σχέσεως τοῦ ἐκλειπτικοῦ τόπου τῆς πρὸς τὰ κέντρα. Εἰ μὲν γὰρ εἰς τὸν ἀπηλιωτικὸν ὁρίζοντα ὁ ἐκλειπτικὸς ἐκπέσοι τόπος, ἄρξεται τὸ σύμπτωμα ἐπιφαίνεσθαι κατὰ τὴν πρώτην τετράμηνον ἀπὸ τοῦ χρόνου τῆς ἐκλείψεως, καὶ ἡ ἐπίτασις αὐτοῦ ἡ καθολικὴ περὶ τὸ πρῶτον ἔσται τριτημόριον τῆς ὅλης ἐκτάσεως τοῦ χρόνου αὐτοῦ. Εἰ δὲ ἐν τῷ μεσουρανήματι ὁ ἐκλειπτικὸς ἐκπέσοι τόπος, ἄρξεται τὸ σύμπτωμα κατὰ τὴν δευτέραν τετράμηνον, καὶ ἡ καθολικὴ αὐτοῦ ἐπίτασις ἔσται κατὰ τὸ μέσον τριτημόριον. Εἰ δὲ ἐν τῷ λιβυκῷ ὁρίζοντι ἐκπέσοι, ἄρξεται μὲν κατὰ τὴν τρίτην τετράμηνον, ἐπιτασθήσεται δὲ κατὰ τὸ ἔσχατον τριτημόριον. τὰ δὲ μερικῶς ἐπιτεινόμενα, ἢ ἐν ἀνέσει γινόμενα, σκεψόμεθα διὰ τῶν ἀνὰ μέσον συζυγιῶν, ὅταν κατὰ τοὺς τόπους οἳ τὸ αἴτιον ποιοῦσι,

eventum duraturum constituemus, quot horis obscuratio illa Solis orbem occupavit, si fuerit Lunaris annorum spatio, mensium intervallum substituemus. Principium eventus, & incremẽta expositu loci ecliptici ad cardines considerantur. Nam si in orientali horizonte eclipticus contigerit locus, quadrimestri proximo, à tempore defectus, eventus initium erit, incrementum generale primo universæ illius durationis triente vehementius grassabitur. Si locus eclipticus in medio cœli fuerit secundo quadrimestri initia, incrementa, intensionesque secundo triente erunt; si in occidentali horizonte tertio quadrimestri principium, progressiones ultimo triente. De particularibus, vero intensionibus, & remissionibus ex conjunctionibus, quæ iterum fient, judicium interponemus, cum

in locis producentibus, vel aſpectibus cum illis conjunctiones inciderint; aliisque ſtellarum tranſitibus, cum ſtellæ eventus effectrices ſignis, quæ item cauſæ ſunt, Zodiaci configuratæ, vel ortus, vel occaſus, vel ſtationes, vel nocturnos ſplendores efficiunt. Emergentes enim, ſive in ſtatione manentes intenſiores; occidentes, & ſub radiis poſitæ, vel veſpertinos ſplendores emicantes remiſſiores effectus producunt.

ἢ κατὰ τοὺς συσχηματιζομένους τοῖς τόποις, αἱ συζυγίαι συμπίπτωσι. καὶ διὰ τῶν ἄλλων δὲ παρόδων τῶν ἀστέρων, ὅταν οἱ ποιητικοὶ ἀστέρες τοῦ περιαποτελέσματος, συσχηματιζόμενοι τοῖς δωδεκατημορίοις τοῖς τὸ αἴτιον ἔχουσιν, ἢ ἀνατολὰς, ἢ δύσεις, ἢ στηριγμοὺς ποιῶνται ἢ ἀκρονύκτους φάσεις. ἀνατέλλοντες γὰρ, ἢ στηρίζοντες, ποιοῦσι τὰ συμπτώματα ἐπιτεταμένα. δύνοντες δὲ, καὶ ὑπὸ τὰς αὐγὰς ὄντες, ἢ ἀκρονύκτους ποιούμενοι φάσεις, ἀνετώτερα ποιοῦσι τὰ ἀποτελούμενα.

Cap. VIII.

De Genere eorum, qui afficiuntur.

TErtiæ partis erat genus dignoſcere, quod ab eventu adficitur, dijudicatur vero & id ex ſignorum proprietate, & figuratione, in quibus loci ecliptici, & ſtellæ, ſive fixæ, ſive errantes in ſigno defectus, & cardine dominantes, antequam defectus accideret, concurrebant. Harum dominatio ita ſumitur. In er-

Κεφ. η′.

Περὶ τοῦ γένους τῶν πασχόντων.

ΤΡίτον ἐστὶ κεφάλαιον τὸ γνῶναι τὸ γένος, ὃ πάσχει ὑπὸ τοῦ ἀποτελέσματος. γινώσκεται δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τῆς διαμορφώσεως τῶν ζωδίων καὶ τῆς ἰδιοτροπίας, ἐν οἷς εὑρέθησαν οἱ τῶν ἐκλείψεων τόποι, καὶ οἱ ἀστέρες οἱ οἰκοδεσποτοῦντες, οἵ τε ἀπλανεῖς καὶ οἱ πλανώμενοι, κατά τε τὸ δωδεκατημόριον τῆς ἐκλείψεως, καὶ κατὰ τοῦ κέντρου περὶ τῆς ἐκλείψεως. Τούτων δὲ ἡ οἰκοδεσποτεία οὕτως λαμβάνεται. ἐπὶ μὲν

τῶν ἀπλα-

τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων, ὃς ἔχει τοὺς πλείστας λόγους πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς τόπους, τόν τε ἐκλειπτικὸν καὶ τὸν τοῦ κέντρου, καὶ συναπτόμενος ἢ ἀποχωρῶν κατὰ τὸ ἑξῆς καὶ φαινόμενον, ἔχει δὲ πλείονας λόγους καὶ πρὸς τοὺς ἔχοντας τῶν συσχηματισμῶν τὴν συνοικείωσιν, καὶ ἔτι κύριος ὢν τῶν οἴκων καὶ τῶν τριγώνων, καὶ ὑψωμάτων, ἢ καὶ ὁρίων, οὗτος μόνος λήψεται τὴν οἰκοδεσποτείαν. εἰ δὲ μή, ὁ αὐτός ἐστι κύριος τῆς τε ἐκλείψεως καὶ τοῦ κέντρου, δύο τοὺς ἔχοντας πρὸς ἕκαστον τῶν τόπων πλείονας συνοικειώσεις παραλαμβάνομεν. παραλαμβανομένων δὲ τῶν δύο, προκρίνεται ὁ τῆς ἐκλείψεως κύριος. εἰ δὲ πλείονες εὑρεθῶσι καθ' ἕκαστον τόπον ἴσοι καὶ ὁμοίως ἔχοντες, προκριθήσεται εἰς τὴν οἰκοδεσποτείαν ὁ μᾶλλον ἐπικεντρότερος ὤν, ἢ μᾶλλον χρηματίζων, ἢ τῆς αἱρέσεως. ἐπὶ μὲν τῶν πλανωμένων οὕτως. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀπλανῶν, παραλαμβάνομεν τὸν πρῶτον τῶν λαμπρῶν, τὸν ἐν τῷ ἐκλειπτικῷ χρόνῳ συγχρηματίσαντα ἐπὶ τῆς παρελθούσης κεντρώσεως, καθὼς ἐν τῇ πρώτῃ

rantibus illa, quæ pluribus modis aufertur ad utrumque locum, defectus scilicet, & cardinis, aut se conjungens, aut recedens ad proximum, quod sequitur, apparetque, & pluribus modis aspicit stellas, quibus cum familiaritas configurationis causa intercedit, estque præterea domiciliorum triangulorum altitudinum, sive etiam finium domina, illa sola sibi dominium usurpabit. Si non eadem, & defectus, & cardinis domina est, duas quæ plurimis familiaritatibus utrique loco vinciuntur, assumimus, ex his defectus domina præfertur. Si plures repertæ fuerint ejusdem roboris, ac virtutis in dominio anteferatur, quæ magis in cardine est, vel magis proxima, vel qualitate familiarior, & ita in errantibus procedendum est. In fixis lividarum primam quę tempore defectus, cum præterito cardine una fuit, ut in prima constructione

novem apparentium configurationum modos descripsi, accipimus itē eam, quæ ecliptica hora in plana dispositione simul orta est, vel cum cardine locum defectus sequente medium cœli tenuerit; sic itaq; stellis eventuum causis dispositis signorum etiam configurationes, in quibus defectus, stellæque dominatrices fuerunt discutiamus.

Ex harum etenim qualitate ut plurimum genera, ab eventu complexa judicantur. Nam signa ea, quæ in medio circulo, & stellis fixis sunt, si forma humana fuerit, indicant in humano genere eventum suos effectus habiturum. Eorum vero, quæ non sunt forma humana, sed terrestribus animantibus similia, quadrupedes ejusdem formæ animalibus portendunt, repentia serpentibus, ac similibus denunciant, rursusque bestiæ feroces, immansue-

συντάξει τοὺς ἐννέα τρόπους τῶν φαινομένων σχηματισμῶν διωρισάμην. καὶ ἔτι συμπαραλαμβάνομεν τὸν κατὰ τὴν ἐκλειπτικὴν ὥραν ἐν τῇ φαινομένῃ διαθέσει, ἢ συνανατείλαντα, ἢ συμμεσουρανήσαντα τῷ κέντρῳ τῷ ἑπομένῳ κατὰ τὸν τόπον τῆς ἐκλείψεως.

Οὕτως οὖν ἐπισκεπτόμενοι τοὺς ἀστέρας τοὺς αἰτίους τοῦ συμπτώματος, συνεπισκεψόμεθα καὶ τὰς διαμορφώσεις τῶν ζωδίων, ἐν οἷς ἥ τε ἔκλειψις, καὶ οἱ τὴν κυριότητα ἔχοντες ἀστέρες ἔτυχον. ἐκ τῆς τούτων γὰρ ἰδιοτροπίας ὡς ἐπὶ πολὺ θεωρεῖται τὰ γένη, ἃ καταλαμβάνει τὸ σύμπτωμα. Ὄντων μὲν γὰρ τῶν ζωδίων ἀνθρωπομόρφων, τῶν περὶ τὸν κύκλον τὸν διὰ μέσον τῶν ζωδίων, καὶ τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας, συμπεσεῖται τὸ ἀποτέλεσμα περὶ τὸ ἀνθρώπινον γένος. οὐκ ὄντων δὲ ἀνθρωπομόρφων, τῶν μὲν χερσαίων, ἃ μέν ἐστι τετράποδα, δηλοῖ περὶ τὰ ὅμοια ζῷα γίνεσθαι τὸ σύμπτωμα· ἃ δὲ διαμορφοῦται ὡς συρόμενα, περὶ τοὺς ὄφεις καὶ τὰ τοιαῦτα μηνύει τὸ πάθος. καὶ πάλιν τὰ μὲν θηριώδη, περὶ τὰ ἀνήμερα καὶ βλα-

καὶ βλαπτικά· τὰ δὲ ἥμερα, περὶ τὰ ὑπηρετικὰ τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἥμερα, ἀκολούθως τῆς διαμορφώσεως αὐτῶν, οἷον ἵππων, ἢ βοῶν, ἢ προβάτων, καὶ τῶν τοιούτων. Ἔτι δὲ τῶν χερσαίων, τὰ μὲν πρὸς τὰς ἄρκτους, κινήσεις τῆς γῆς αἰφνιδίους μηνύει· τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν, ἐκ τοῦ ἀέρος ἀπροσδοκήτους ῥύσεις. Πάλιν δὲ ἐὰν ὦσιν οἱ κύριοι τόποι ἐν τούτοις, ἃ διαμορφοῦται ὡς πτερωτά, οἷον ἐν ἀετῷ καὶ τοῖς τοιούτοις, σημαίνει τὸ σύμπτωμα γίνεσθαι περὶ τὰ πετεινά, καὶ μάλιστα ἃ πρὸς τροφήν ἐστιν ἀνθρώπων. Ἐὰν δὲ ὦσιν ἐν τούτοις, ἃ διαμορφοῦται ὡς νηχόμενα, ἐν μὲν τοῖς θαλασσίοις, οἷον ἐν δελφῖνι, περὶ τὰ θαλάσσια τὸ ἀποτέλεσμα συμβήσεται, καὶ πρὸς τὰς ἐκπλεύσεις τῶν στόλων. ἐν δὲ τοῖς ποταμίοις, οἷον ἐν ♒ καὶ ♓, ἔσται τὸ ἀποτελούμενον περὶ τὰ ἐν τοῖς ποταμοῖς καὶ ἐν ταῖς πηγαῖς διαιτώμενα. Ἐὰν δὲ κατὰ τὴν Ἀργὼ ὦσιν οἱ κύριοι τόποι, ἀμφότερα τὰ γένη τὸ σύμπτωμα καταλήψεται. πάλιν δὲ ἐν μὲν τοῖς τροπι-

tis & noxiis, domesticæ, mansuetis, & ad usum hominum accommodatis, & reliqua similiter pro suæ formæ modo, equis, vel bubus, aut pecudibus aut similibus effectus præsagiunt. Pręterea terrestrium, quæ ad ursas vergunt, subitos ac repentinos terræmotus insinuant; quæ ad meridiem inexpectatos ex aëre imbres. Et rursum, si loci dominantes in iis fuerint, quæ quasi pennigera efformantur, veluti in aquila, & similibus, eventum volatilibus indicant, iisque potissimum, quarum in humano victu usus est. Si vero in iis fuerint, quæ quasi natantia pinguntur, si in marinis veluti in Delphino, in iis, quæ in mari dicuntur degere, eventus locum habebit, & in navigationibus classium: si in fluvialibus veluti in Aquario, & Piscibus, eventus circa ea, quæ in fluviis, ac fontibus vivunt, continget, si loci dominantes in Argo fuerint, utraq; genera eventui subjicientur. Item si in tropi-

cis signis, vel æquinoctialibus sint communiter aëris mutationem significant, & temporibus quibus signum unumquodque conformatur, proprie vero verno, ac plantis minantur. Nam si in verno æquinoctio fuerint arborum germini protendunt, ut vitis, ficus, aliisque una cum eis germinantibus; si in solstitio æstivo fructuum collectione, & frugum importatione; in Ægypto vero proprie Nili exundationem respiciunt, si in Autumnali æquinoctio loci dominantes fuerint, in sementem, & herbas omen denunciat. Si in brumali, olera, & tunc temporis aves advenientes, & pisces, effectus indicabit. Item signa æquinoctialia, quid in religionibus futurum sit, ostendunt. Tropica aëreas mutationes, & rerum publicarum status designant. Solida funda-

κοινοῖς ζωδίοις ὄντες, ἢ ἰσημερινοῖς, κοινῶς μὲν περὶ τὸ κατάστημα τοῦ ἀέρος σημαίνουσι τὴν μεταβολήν· καὶ πρὸς τοὺς καιροὺς δὲ, πρὸς οὓς ἕκαστον τῶν ζωδίων οἰκείως ἔχει. ἰδίως δὲ σημαίνουσι τὴν μεταβολὴν περὶ τὸ ἔαρ, καὶ τὰ βλαστήματα τῆς γῆς. καὶ γὰρ κατὰ μὲν τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν ὄντες, περὶ τὴν βλάστησιν τῶν δένδρων ποιοῦσι τὸ σύμπτωμα· οἷον ἀμπέλου, συκῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν συμβλαστανόντων. κατὰ δὲ τὴν θερινὴν τροπὴν, εἰς τὴν τῶν καρποφορηθέντων συνάξιν καὶ ἀπόθεσιν ποιοῦσι τὸ σύμπτωμα. ἐν δὲ Αἰγύπτῳ ἰδίως καὶ πρὸς τὴν τοῦ Νείλου ἀνάβασιν τὸ ἐσόμενον ἀφορᾷ. εἰ δὲ κατὰ τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν εἰσὶν οἱ κύριοι τόποι, εἴς τε τὸν σπόρον καὶ τὰ γένη τῶν χόρτων ἐπισημανεῖ. εἰ δὲ κατὰ τὴν χειμερινὴν τροπὴν, τὰ λαχανεύματα, καὶ τὰ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐπιδημοῦντα τῶν ὀρνέων γένη, καὶ τῶν ἰχθύων τὸ ἀποτέλεσμα δείξεται. ἔτι δὲ ἃ μὲν τῶν ζωδίων ἐστὶν ἰσημερινὰ, εἴς τε τὰ ἱερὰ καὶ τὰς θρησκείας τὸ γενησόμενον σημαίνει. ἃ δέ ἐστι τροπικὰ, περί τε τὸν ἀέρα καὶ τὰ πολιτικὰ πράγματα δηλοῖ τὰς μεταβολάς. ἃ δέ ἐστι στερεὰ,

περὶ

περὶ τοῦ θεμελίους καὶ τὰς οἰκοδομάς. ἃ δέ ἐστι δίσωμα, τὸ συμβησόμενον δηλοῖ ἀνθρώποις τε καὶ βασιλεῦσι συμβῆναι. ἔτι δὲ καὶ ὅσα μὲν ἐν τῷ χρόνῳ τῆς ἐκλείψεως πρὸς ἀνατολὰς μᾶλλον ὑπῆρχεν, σημαίνει τὸ ἀποτελούμενον ἔσεσθαι περί τε τοὺς καρποὺς, καὶ τὴν νέαν ἡλικίαν καὶ θεμελίους. ἃ δὲ τὸ ὑπὲρ γῆν εἶχεν μεσουράνημα, ταῦτα μηνύει περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τοὺς βασιλεῖς, καὶ τὴν μέσην ἡλικίαν τὸ σύμπτωμα. τὰ δὲ πρὸς δυσμὰς ὄντα, ταῦτα περί τε τὰ νόμιμα, καὶ τὴν παλαιὰν ἡλικίαν, καὶ τοὺς τεθνεῶτας. πόσον δὲ μέρος τὸ σύμπτωμα καταλήψεται τοῦ γένους, περὶ ὃ συνέπεσε, γνωσθήσεται ἔκ τε τοῦ μεγέθους τοῦ ἐπισκοτισμοῦ τῶν ἐκλείψεων, καὶ ἐκ τῆς σχέσεως τῶν ἀστέρων τῶν ποιούντων τὸ αἴτιον, ἣν ἔχουσι πρὸς τὸν ἐκλειπτικὸν τόπον. δυτικοὶ μὲν γὰρ σχηματιζόμενοι πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἐκλείψεις, ἢ πρὸς τὰς σεληνιακὰς ἀνατέλλοντες, ἔλαττον ὡς ἐπιπολὺ ποιοῦσι τὸ ἀποτέλεσμα· διαμετροῦντες δὲ, μέσον αὐτὸ ποιήσουσιν. ἀνατολικοὶ δὲ συσχηματιζόμενοι πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἐκλείψεις,

mentorum, extructionumque indicio ſunt. Bicorporea hominibus, regibusque prænunciant. Adhuc etiam quæcunque defectus tempore orientaliora erant, fructibus, adoleſcentiæ, & fundamentis futurum eventum portendunt; quæ ſuper terram medium cœlum obtinebant, rebus ſacris, & regibus, & mediæ ætati; occidua legibus, ſenectæ & mortuis Quam late autem eventus genus, cui acciderit, afficiet, ex magnitudine obſcuritatis defectuum, & ex ſtellarum, quæ cauſæ ſunt, poſitu, quem habent ad locum eclipticum, dignoſci poterit. Occiduæ enim ad ſolares defectus configuratæ, vel ad lunares orientales ut plurimum effectus vehementiam minuunt, in oppoſitione modum ponunt. matutinæ ad ſolares defe-

ctus configuratæ, vel occiduæ ad lunares augebunt.

Cap. IX.

De qualitate effectus.

Quarta pars est effectus cognitio, & modi illius, utrum boni, vel mali, & quæ nam erit illius proprietas, sive bonus, sive malus sit. Id autem discernemus ex viribus, & facultate stellarum dominantium præcipuis locis, earumque commixtione mutua inter se, & cum illis locis quorum dominæ erant: Sol enim, & Luna quasi imperant, & moderantur alias stellas, cum ipsi universæ virtutis, earumque dominii, vel potentiæ, vel impotentiæ, tanquam pręcipuæ causæ cognoscantur; eventus vero qualitatem mixturæ stellarum, quæ sibi dominium arrogant speculatio manifestat. Ordiemur itaque à proprietate, & qualitate operatrice singularum stellarum errantium. sed illud primo communiter ob-

ἢ δυτικοὶ πρὸς τὰς σεληνιακὰς μεῖζον αὐτὸ ἀποτελέσουσιν.

Κεφ. θ'.

Περὶ τῆς ποιότητος αὐτοῦ τοῦ ἀποτελέσματος.

Τέταρτον δὲ κεφάλαιόν ἐστιν, ἡ γνῶσις αὐτοῦ τοῦ ἀποτελέσματος, ὁποῖον ἔσται, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν· καὶ τίς ἡ ἰδιοτροπία αὐτοῦ, ἐάν τε ἀγαθὸν ἐάν τε κακὸν ᾖ. Γνωσόμεθα δὲ τοῦτο ἐκ τῆς δυνάμεως τῶν οἰκοδεσποτησάντων ἀστέρων τοὺς κυρίους τόπους, καὶ τῆς αὐτῶν συγκράσεως, ἥν τε πρὸς ἀλλήλους εἶχον, καὶ πρὸς τοὺς τόπους, ὧν εἶχον τὴν οἰκοδεσποτείαν. Ὁ μὲν γὰρ ☉ καὶ ἡ ☽, ὥσπερ διατάσσουσι, καὶ ἡγεμονεύουσι τῶν ἄλλων, αὐτοὶ αἴτιοι γνωριζόμενοι τῆς τε ὅλης ἐνεργείας καὶ τῆς οἰκοδεσποτείας τῶν ἀστέρων, καὶ τῆς τούτων δυναστείας ἢ ἀσθενείας, δηλοῖ δὲ τοῦ ἀποτελέσματος τὴν ποιότητα, ἡ θεωρία τῆς συγκράσεως τῶν ἀστέρων, τῶν ἐχόντων τὴν κυριότητα, ἀρξόμεθα δὴ ἐκ τῆς ποιητικῆς ἰδιοτροπίας ἑκάστου τῶν πλανωμένων. ἐκεῖνο μέν τοι κοινῶς προσθήσομεν,

ὅτι

ὅτι ὅτ' ἂν ἕνεκα τῆς συντόμου ὑπομνήσεως λέγωμέν τινα καθολικῶς διὰ τῶν πέντε ἀστέρων γίνεσθαι, εὐθέως δεῖ νοεῖν τὴν κρᾶσιν αὐτῶν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ὁμοίας φύσεως συνέργιαν καὶ δύναμιν, ἐάν τε ἰδίαν ἔχῃ κατάστασιν, ἐάν τε ἐκ τῶν ἀπλανῶν ἢ τοῦ ζωδιακοῦ τόπου ὁμοία τις γίνεται κρᾶσις. οὕτως οὖν δεῖ, ὥσπερ εἴπομεν, ὅτ' ἂν καθόλου τι περὶ τῶν ε΄ ἀστέρων λέγωμεν, καὶ τὴν κρᾶσιν καὶ τὴν ποιότητα συνεπιλογίζεσθαι, ὥσπερ ἂν εἰ περὶ τῆς ποιητικῆς ποιότητος καὶ τῆς φύσεως ἐλέγομεν, ἀλλ' οὐχὶ τοὺς ἀστέρας ἐτυγχάνομεν ὀνομάζοντες. καὶ τοῦτο γὰρ χρὴ ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἐν ταῖς συγκράσεσιν, οὐ μόνον ἡ μίξις τῶν πλανωμένων ἡ πρὸς ἀλλήλους θεωρεῖται, ἀλλὰ καὶ ἡ μίξις τῶν κοινωνούντων τῆς αὐτῆς φύσεως τοῖς πλανωμένοις, τῶν τε ἀπλανῶν ἀστέρων καὶ τῶν ζωδιακῶν τόπων, κατὰ τὰς προειρημένας αὐτῶν συνοικειώσεις, ἃς ποιοῦνται πρὸς τοὺς πλανωμένους.

Ὁ μὲν οὖν τοῦ ♄ ἀστὴρ μόνος οἰκοδεσπότης ὤν, ποιήσει φθορὰς ἐκ ψύξεως ἀπο-

servandum est, nos cum brevitatis causa generaliter aliquid de quinque Planetis adnotamus, statim animo volvendum esse eorum temperiem, & à simili natura vires, & auxilium, & an propriam habeat constitutionem, sive ex fixis, & Zodiaco loco similis mixtura occurrit. Hac itaque ratione ut præmonuimus, quotiescunque de quinq; Planetis generaliter aliqua pronunciamus, eorum temperies, & qualitas intelligenda est, ac si de effectiva eorum qualitate, & natura sermo esset, & stellas ipsas non nominassemus. Illud præterea animadvertendum est, in commixtionibus non tantum planetarum inter se mixturam considerari, sed eorum etiam sive fixæ sint, sive Zodiaci loca, quæ eandem cum Planetis naturam participant, secundum commemoratas ipsorum, quibus cum Planetis conjunguntur familiaritates.

Saturni itaq; stella, si sola dominatur, ex frigore natas

corruptiones inducet, sed si proprie in homines malum grassatum fuerit, diuturni morbi erunt, tabes, consumptiones, fluxus, morborum humidorum perturbationes, quartanarum febrium accessiones, tum etiam exilia, inopiæ, ex malis angustiæ, luctus, terrores, interitus, eorum potissimum, qui ætate provecti sunt. Bestias in rem hominum maxime conducentes deprædabitur, quæ ab iisdem morbis extinguentur, & earum usu cum male affectæ sint, homines, uti par est, occident. Aër porro frigore horrendo penitus, glacies, nebulosos status, ac pestilentes excitabit, ideoque etiam ipse erit turbatus, nubibus obrutus, caliginosus: præterea & noxii imbres, damnosique, quibus humano generi exitiosa animalcula procreari solent, abunde succedent. In fluviis, ac mare utplurimum tempestates exorientur, naufragia classium, cum illis male navigatio cesserit, fient, & piscium inte-

τελουμένας. ἀλλὰ περὶ μὲν ἀνθρώπους ἰδίως τοῦ συμπτώματος καταλαμβάνοντος, νοσήματα γενήσονται χρόνια, καὶ φθίσεις, καὶ συντήξεις, καὶ ῥευματισμοί, καὶ ὑγρῶν ἀῤῥωστημάτων ἐνοχλήσεις, καὶ τεταρταίων ἐπιδημίαι. Φυγαί τε ἔσονται καὶ ἀπορίαι καὶ συνοχαὶ ἐκ τῶν κακῶν, καὶ πένθη, καὶ φόβοι, καὶ θάνατοι, μάλιστα τῶν ἤδη τῶν ἡλικίαις προβεβηκότων. Τῶν δὲ ἀλόγων ζώων ἐπιλείψει τὰ εὔχρηστα, φθειρομένων καὶ αὐτῶν ὑπὸ νοσημάτων· οἷς νοσεροῖς οὖσι, καὶ οἱ ἄνθρωποι χρώμενοι, ὡς εἰκὸς, συνδιαφθαρήσονται. ὁ δὲ ἀὴρ εἰς ψύχη φοβερὰ μεταβαλὼν, καὶ πάγους, καὶ ὁμιχλώδη καταστήματα, καὶ λοιμικὰ, ἔσται δυσάερος καὶ συννεφὴς καὶ ζοφερός· ἔτι δὲ καὶ πλῆθος νιφετῶν φθοροποιῶν συμβήσεται, ἐξ ὧν καὶ τὰ βλαπτικὰ ἑρπετὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως συνίσταται. περὶ δὲ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰς θαλάσσας, κοινῶς μὲν ἔσονται χειμῶνες, καὶ ναυάγια στόλων τοῦ πλοὸς αὐτοῖς κακοῦ γινομένου. καὶ τῶν ἰχθύων δὲ πρόσε-

δὲ προσέσται φθορά. ἰδίως δὲ ἐν μὲν θαλάσσῃ γενήσονται ὑποστολαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ πάλιν πλημμύραι. οἱ δὲ ποταμοὶ ὑπέρμετροι γενήσονται τοῖς ὕδασιν, καὶ κακωθήσονται· καὶ τῆς γῆς οἱ καρποὶ, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἐκλείψουσιν, ἀπολυμένοι ὑπὸ κάμπης, ἢ ἀκρίδος, ἢ κατακλυσμῶν, ἢ ὄμβρων, ἢ χαλάζης, ἢ τῶν τοιούτων, ὡς καὶ μέχρι λιμοῦ φθάσαι τὴν κάκωσιν.

Ὁ δὲ τοῦ Διὸς μόνος γενόμενος κύριος, καθ' ὅλου πάντα αὐξήσει. ἀλλὰ περὶ μὲν ἀνθρώπους ἰδίως ταῦτα ποιήσει, δόξας, καὶ εὐζωίας, καὶ εὐθυνίας, καὶ καταστάσεις εἰρηνικάς. καὶ τὰ εἰς τὸν βίον ἐπιτήδεια αὔξει· καὶ ὅλως ψυχικῶν καὶ σωματικῶν εὐεξιῶν ἔσται ποιητικός. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐκ βασιλείας ἀγαθὰ προξενήσει, εὐεργεσίας καὶ δωρεάς. αὐτούς τε ἐκείνους τοὺς βασιλεῖς ἐν τιμοτέρους ποιεῖ, αὔξων τὴν μεγαλωσύνην αὐτῶν, καὶ τὸ μεγαλόψυχον, καὶ ἁπλῶς ἐπὶ πάντας ἡ εὐημερία χωρήσει. περὶ δὲ τὰ ἄλογα ζῶα γενομένου τοῦ ἀποτελέσμα-

ritus, proprie in mari, aquæ recedent, & refluent omnia inundantes, flumina aquis intumescent, & corrumpentur, terræ fructus præcipui, magisque necessarii potissimum ab erucis, sive locustis, sive inundationibus, sive imbribus, sive grandinibus, sive similibus devastentur; & malum eousque procedet, ut fame homines occumbant.

dentales ambos oculos lædunt. Mars itaque ictu, vel pulsione, vel ferro, vel ustione cæcitatem inducit; etsi Mercurio configuratus fuerit id efficiat, vel in palæstra, vel in gymnasio, vel facinorosorũ hominum incursu. Saturnus oculis perniciem affert per suffusiones, aut frigus, aut albuginem, & similia. Si Venus in uno ex jam dictis cardinibus fuerit, & potissimum in occidente Saturno juncta, aut ei configurata, aut cum eo loca permutans, Marte super eam elevato, aut opposito maribus sobolem negat, fœminis abortus minatur, quæ vel mortua excludant, vel fœtus immaturos, qui in lucem edi nequeunt in partes scindentur; præcipue vero in Cancro, Virgine, & Capricorno; licet Luna in ortu Marti jungatur. Quod si in eodem cum Mercurio, & Saturno configuretur, & Mars sit elevatus super eam, vel oppositus erunt Eunuchi, aut Hermaphroditi, aut ob-

ſtructis meatibus genitalibus, & ſedis. His ita ſe habentibus cum Sol configuratus fuerit, & luminaria maſculam naturam retulerint, & Venus ipſa; Luna vero in occaſu ſit, & malefica, perproxime ſequentes partes aſcenderint, mares vel detruncati generabuntur, vel membris læſi; & præcipue in Ariete, Leone, Scorpio, Capricorno, & Aquario, fœminæ infœcundæ, & ſteriles; interdum qui ſic generantur, læduntur in oculis. Lingua erunt impediti, & balbi, quicunque dictis cardinibus Saturnum, & Mercurium Soli conjunctos habuerint; & præcipue ſi Mercurius in occaſu eſt, amboque cum Luna configurantur; ſi una cum eis Mars hæſerit; ut plurimum linguæ impedimentum ſolvit, poſteaquam Luna illi obviam ierit. Rurſus ſi ad maleficas in cardinibus cõſtitutas lumina, vel ſimul, vel oppoſita aſcendant, vel ſi maleficæ ad lumina defe-

ἔχοντες τρυπήματα, μηδὲ διέξοδον. τούτων δὲ ὄντων οὕτως, ὅτ' ἂν καὶ ὁ ☉ συσχηματισθῇ, διακειμένων μὲν ἀρσενικῶς τῶν φώτων καὶ τῆς ♀, οὔσης δὲ τῆς ☽ ἀποκρουστικῆς, καὶ τῶν κακοποιῶν ἐπιφερομένων ἐν ταῖς μοίραις ταῖς ἐπαναφερομέναις, οἱ μὲν ἄνδρες ἢ ἀποκεκομμένοι γεννῶνται, ἢ βεβλαμμένοι τὰ μόρια, καὶ μάλιστα ἐν ♈, καὶ ♌, καὶ ♏, καὶ ♑, καὶ ♒. αἱ γυναῖκες δὲ ἄτοκοι καὶ στεῖραι. ἐνίοτε δὲ καὶ τὰς ὄψεις εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι βεβλαμμένοι. ἐμποδίζονται καὶ τὴν γλῶσσαν, καὶ εἰσὶ τραυλοὶ ἢ μογίλαλοι, ὅσοι ἔχουσιν ἐπὶ τῶν εἰρημένων κέντρων τόν τε ♄ καὶ τὸν τοῦ ☿ συνόντας τῷ ☉. μάλιστα δὲ εἰ ἐστὶ δυτικὸς ὁ τοῦ ☿, καὶ ἀμφότεροι πρὸς τὴν ☽ συσχηματίζονται, διελισκόμενος δὲ ὁ τοῦ ♂ σὺν αὐτοῖς ὡς ἐπιπολὺ τὸ ἐμπόδιον τῆς γλώσσης λύει, ἀφ' οὗ ἂν ἡ ☽ τὴν πρὸς αὐτὸν συνάντησιν ποιήσῃ. πάλιν δὲ, ἐὰν τῶν κακοποιῶν ἐπὶ κέντρων ὄντων ἐπιφέρωνται πρὸς αὐτοὺς τὰ φῶτα ἢ ἅμα ἢ κατὰ διάμετρον, ἢ ἐὰν οἱ κακοποιοὶ πρὸς τὰ φῶτα ἐπιφέρωνται, καὶ μά-

καὶ μάλιστα οὔσης τῆς ☽ ἐπὶ συνδέσμων, ἢ ἐπὶ καμπῆς, ἢ κατὰ τὰ ζώδια τὰ ἐπαίτια, οἷον ♈, ♉, ♋, ♏, ♑, ἔσονται πάθη τοῦ σώματος κυρτώματα, κυλλώσεις, χωλώσεις, παραλύσεις. Ἐὰν μὲν οὖν ὑπάρχωσι οἱ κακοποιοὶ μετὰ τῶν φώτων, συμβήσονται ἐξ αὐτῆς τῆς γενέσεως. ἐὰν δὲ ὦσιν μεσουρανοῦντες, καθυπερτεροῦντες τὰ φῶτα, ἢ διαμετροῦντες ἀλλήλους, συμβήσεται τὰ πάθη ταῦτα ἀπὸ μεγάλων κινδύνων, οἷον ἀποκρημνισμῶν, ἢ συμπτωμάτων, ἢ ἀπὸ ληστῶν, ἢ τετραπόδων. ὁ μὲν οὖν ♂ ἐπικρατῶν, ποιήσει ταῦτα ἐκ πυρὸς, ἢ τραυμάτων, ἢ χολικῶν, ἢ ληστῶν. ὁ δὲ ♄ ἐκ συμπτωμάτων, ἢ ναυαγίων, ἢ σπασμάτων. ὡς ἐπίπολυ δὲ τὰ σίνη γίνονται, οὔσης τῆς ☽ ἐν τοῖς τροπικοῖς σημείοις καὶ ἐν τοῖς ἰσημερινοῖς. περὶ μὲν οὖν τὸ ἐαρινὸν τροπικὸν, μάλιστα γίνεται τὰ διὰ τῶν ἀλφῶν. περὶ δὲ τὸ θερινὸν, τὰ ἐκ τῶν λειχήνων. περὶ δὲ τὸ μετοπωρινὸν, τὰ ἐκ λέπρας. περὶ δὲ τὸ χειμερινὸν, τὰ ἐκ τῶν φακῶν καὶ τῶν ὁμοίων. τὰ δὲ πάθη

rantur; & præcipue Luna in nodis, aut flexibus conſtituta, vel in ſignis noxiis; veluti Ariete, Tauro, Cancro, Scorpio, & Capricorno, fiunt gibbi, claudi, mutili, & membris luxati. Itaque ſi maleficæ cum luminibus ſint, ſtatim à nativitate læſiones incurrent: ſi in medio cœli elevatæ ſupra luminaria, vel inter ſe oppoſitæ, morbi iſti ſuccedent à magnis periculis, præcipitationibus ſcilicet, vel latronum inſidiis, vel ferarum violentia. Mars enim ſi dominium habuerit, aut igne, aut vulneribus, aut rixis, aut prædonibus illa conciliabit. Saturnus lapſibus ex alto, aut naufragiis, aut ſpaſmo. Vt plurimum autem læſiones eveniunt cum Luna fuerit in tropicis ſignis, aut æquinoctialibus; in verno itaque tropico noxæ præcipue ſuccedunt ex vitiligine, in æſtivo ex impetigine, in autumali ex lepra, in hyemali, ex lenticula, & ſimilibus. Marti accidunt

cum maleficæ configuratæ fuerint in prædictis constitutionibus, sed contrario positu, veluti ad Solem occiduæ, ad Lunam orientales. In universum namque Saturnus ventres frigidos facit, pituitam auget, & fluxus; item facit macilentos, morbis obnoxios, ictericos, dyssentericos, tussi laborantes, difficulter excreantes, colicos, elephantiasi infectos. In mulieribus, præter hæc matricis pericula creat; Mars efficit sanguinem expuentes, melancholicos, pulmonis affectibus noxios, scabiosos; & præterea per sectionem, & ustionem in occultis partibus morbos generat; velluti fritulas, aut hæmoroidas, aut inflammationes, aut ulcera urentia, aut depascentia carnes. In mulieribus præter hæc abortus, evulsiones fœtuum, aut arrosiones. Et sine hac stellarum figuratione propria ad partes corporis, proprietates conferunt. Mercurius cooperatur cum his, ad malorum intensionem. Satur-

συμβαίνει, ὅτ' ἂν οἱ κακοποιοὶ συσχηματισθῶσι μὲν ἐπὶ τῶν στάσεων τῶν προειρημένων· ἐναντίως δὲ, οἷον πρὸς μὲν τὸν ☉ δυτικοὶ, πρὸς δὲ τὴν ☽ ἀνατολικοί. καθόλου γὰρ ὁ μὲν ♄ ποιεῖ ψυχροκοιλίους καὶ πολυφλεγμάτους, καὶ ῥευματώδεις, καὶ ἰσχνοὺς, καὶ νοσεροὺς, καὶ ἰκτερικοὺς, καὶ δυσεντερικοὺς, καὶ βηχικοὺς, καὶ ἀναφορικοὺς, καὶ κοιλικοὺς, καὶ ἐλεφαντιῶντας. τὰς δὲ γυναῖκας μετὰ τούτων καὶ ὑστερικάς. ὁ δὲ τοῦ ♂ ποιεῖ αἱμοπτοϊκοὺς, μελαγχολικοὺς, πνευμονικοὺς, ψωρώδεις, καὶ τὰ διὰ καύσεως ἢ τομῆς εἰς κρυπτοὺς τόπους ἐνοχλοῦντα πάθη. οἷον σύριγγας, ἢ αἱμορροΐδας, ἢ κονδυλώματα, ἢ ἑλκώσεις φλεγματικάς, ἢ σήψεις. τὰς δὲ γυναῖκας ἐπὶ τούτοις ποιεῖ καὶ ἐκτιτρώσκειν, ἢ ἐμβρυοτομεῖσθαι, ἢ ἀνάβρωσιν πάσχειν. καὶ χωρὶς δὲ τοῦ τοιούτου συσχηματισμοῦ τῶν ἀστέρων ἰδίως πρὸς τὰ μέρη τοῦ σώματος, καὶ τὰ τῶν γίνεται ἰδιώματα. ὁ τοῦ ☿ δὲ, συνεργεῖ αὐτοῖς πρὸς αὔξησιν τῶν κακῶν. τὸ μὲν οὖν ♄ συνοι-

συνοικειούμενος, ἐπαύξει μᾶλλον τὸ ψυχρότερον, καὶ ποιεῖ τοὺς ῥευματισμοὺς συνεχεῖς, καὶ τὰς ὀχλήσεις τῶν ὑγρῶν, μάλιστα δὲ κατὰ θώρακα καὶ φάρυγγα, καὶ στόμαχον. τῷ δὲ ♂ συνοικειούμενος συνεργεῖ πρὸς τὸ ξηραντικώτερον, ἐπαύξων τὰ ἑλκώδη καὶ τὰ ἀποστήματα, καὶ τὰς μαδαρώσεις, καὶ ἐσχάρας, καὶ ἐρυσιπέλατα, καὶ λειχῆνας, καὶ τὰ ἐκ μελαίνης χολῆς, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ τῆς ἱερᾶς νόσου, καὶ τὰ τοιαῦτα. γίνονται δέ τινα καὶ παθῶν ἰδιώματα, καὶ ἀπὸ τῆς ἐναλλαγῆς τῶν ζωδίων τῶν περιεχόντων τοὺς προειρημένους σχηματισμοὺς, ἐπὶ τῶν δύο κέντρων. ἰδίως οὖν ὁ μὲν ♋, καὶ ὁ ♑, καὶ οἱ ♓, καὶ ἁπλῶς τὰ χερσαῖα καὶ τὰ ἰχθυϊκὰ ζώδια ποιεῖ τὰ πάθη, τὰ διὰ σήψεων, καὶ λειχηνῶν, καὶ λεπίδων, ἢ χοιράδων, ἢ συρίγγων, ἢ ἐλεφαντιάσεως, καὶ τῶν τοιούτων. ὁ ♐ δὲ, καὶ ὁ ♊, ποιοῦσι τὰ διὰ τῶν πτωματικῶν ἢ ἐπιλήψεως. περιτυγχάνοντες δὲ οἱ ἀστέρες καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις μοίραις τῶν δωδεκατημορίων, περὶ τὰ ἄκρα τούτων ποιοῦσι μάλιστα καὶ τὰ πάθη καὶ τὰ σίνη, διὰ

no itaque conciliatus frigiditatem adauget, pituitæque defluxus continuos, & ex humoribus faſtidia, præcipue circa thoracem, ſtomachum, & fauces, incitat; Marti conciliatus illi in exſiccando operam præſtat, malumque intendit, ut in apoſtematibus, depilationibus, cruſtulis, eryſipelatibus, impetiginibus, atra bile, furioſis affectibus, morbo ſacro, & ſimilibus. Fiunt & nonnullæ morborū proprietates juxta ſignorum variationem, quæ prædictas configurationes in duobus cardinibus poſſident. Proprie itaque Cancer, Capricornus, Piſces, & ſummatim terreſtria ſigna, & quæ piſcium figuram præſeferunt, morbos efficiunt ex putredine, impetigine, ſcrophulis, fiſtulis, elephantiaſi, & ſimilibus. Sagittarius, & Gemini ex lapſu, & comitiali. Si in extremis ſignorum partibus ſtellæ fuerint in eorum extremis morbos, noxaſque inferent ex fluxio-

nibus, & detruncationibus, ex quibus elephantiasis, chiragræ, atque podagræ evenient. His ita se habentibus si cum maleficis, quæ causæ sunt, beneficarum nulla configurata fuerit, neque cum luminibus, quæ in cardinibus erant morbi, læsionesque erunt incurabiles. Vel si fuerint configuratæ, verum à maleficis validis admodum superantur. Si autem beneficæ locos principales tenuerint, maleficasque mali causas superarint; tunc læsiones, morbique moderati erunt, nec fœdi, interdum, & facile sanabiles, si beneficæ orientales fuerint. Jupiter enim, ut succurrat hominibus propter opes, ac dignitates, læsiones occulit, morbosque mitigat, cui si Mercurius adhæserit, medicamentis, & bonorum medicorum consilio opem feret. Venus noxas quodammodo condecorat, gratique aspergit occasione divinitus, aut per oracula oblata, morbosque medica-

ῥευματισμῶν ἢ λωβήσεων· ἐξ ὧν ἐλεφαντιάσεις τε καὶ χειράγραι καὶ ποδάγραι συμβαίνουσιν. τούτων δὲ οὕτως ὄντων, ἐὰν μὲν τοῖς κακοποιοῖς, οἳ τὸ αἴτιον ἔχουσι, μηδεὶς τῶν ἀγαθοποιῶν συσχηματίζηται, μήτε δὲ πρὸς τὰ φῶτα κεκεντρωμένα ὄντα, ἀνίατα ἔσται τὰ πάθη καὶ σίνη. ἢ καὶ ἐὰν συσχηματίζονται μὲν, ὑπὸ δὲ τῶν κακοποιῶν ἰσχυρῶν ὄντων, καθυπερτερῶνται. ἐὰν δὲ οἱ ἀγαθοποιοὶ σχήματα ἔχοντες κύρια καθυπερτερῶσι τοὺς κακοποιοὺς καὶ ὑπαιτίους, τότε τὰ σίνη καὶ τὰ πάθη μέτρια ἔσται, καὶ οὐκ ἔχονται αἰσχύνην. ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπαλλαγήσονται, ἐὰν οἱ ἀγαθοποιοὶ ἀνατολικοὶ ὦσιν. ὁ μὲν γὰρ τοῦ ♃ διὰ βοηθείας ἀνθρωπίνης, οἷον πλούτου ἢ ἀξιωμάτων, τὰ σίνη κρύπτει καὶ παρηγορεῖ τὰ πάθη. συνὼν δὲ καὶ ὁ τοῦ ♀ ἐπιβοηθήσει καὶ διὰ φαρμακείας, καὶ ἰατρῶν ἀγαθῶν. ὁ δὲ τῆς ♀ τὰ μὲν σίνη τρόπον τινὰ ποιεῖ εὔμορφα καὶ εὐχάριτα διὰ προφάσεως θεῶν καὶ χρησμῶν, καὶ τὰ πάθη παρηγορεῖ ἰατρείαις

ἰατρείαις τῶν ἐκ θεῶν. εἰ δὲ ὁ ♄ πάρεστι, περιγίνονται οἱ τὰ σίνη καὶ τὰ πάθη ἔχοντες, διὰ τοῦ παραδεικνύειν καὶ ἐξαγορεύειν. εἰ δὲ ὁ τοῦ ☿, διὰ βοηθείας τινὸς καὶ πορισμοῦ ἐξ αὐτῶν τῶν παθῶν καὶ σινῶν.

Κεφ. ιη'.

Περὶ ποιότητος ψυχῆς.

ΤΑ' μὲν δὴ σωματικὰ συμπτώματα, τοιοῦτον ἔχει τὸν τύπον τῆς ἐπισκέψεως. αἱ δὲ ψυχικαὶ ποιότητες, ὅσαι μὲν λογικαὶ καὶ νοεραί, αὗται ἐκ τῆς τοῦ ☿ θεωροῦνται περιστάσεως. ὅσαι δὲ ἐπὶ μόνην τὴν αἴσθησιν καὶ τὸ ἄλογον ἀποβλέπουσιν, αὗται θεωροῦνται ἐκ τῆς σωματικωτέρας καταστάσεως τῶν φώτων, τοῦτ' ἔστι τῆς ☽ καὶ τῶν ἀστέρων, οἱ συσχηματίζονται πρός τε τὰς ἀποῤῥοίας καὶ τὰς συναφὰς αὐτῆς. ἐπεὶ δὲ πολύτροπόν ἐστι τὸ εἶδος τῆς ψυχικῆς ὁρμῆς, οὐχ' ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν τὴν περὶ τούτου ἐπίσκεψιν ποιούμεθα, ἀλλ' ἐκ πολλῶν καὶ πλειόνων παρατηρημάτων. καὶ γὰρ αἱ διαφοραὶ τῶν ζωδίων τῶν περιεχόντων τόν τε τοῦ ☿ καὶ τὴν ☽ ἢ αὐτοὺς ἔχοντας ἀστέρας

minibus à numine petitis solatur. Si Saturnus adhæserit noxis, morbisque obnoxii deerrabunt, quod mala ostendant, & fateantur. Si Mercurius, ut lucrum subsidiumque sibi ex ipsis morbis, ac læsionibus comparent.

Cap. XVIII.

De qualitatibus animæ.

Corporis itaque accidentia simili via, ratione que investiganda sunt. qualitates vero animæ, quæ mentem rationemque spectant ex Mercurii conditione judicandæ sunt, quæ sensibus subsunt, alienæque sunt à ratione, à crassiorum corporum luminibus desumuntur. Sed cum motus animæ inclinationesque variæ sint, neque temere, nec sine discrimine; sed ex diversis, pluribusque observationibus ejus tractationem aggrediemur. Diversitates quippe signorum, quæ Mercurium, Lunamque ambiunt, vel stel-

las eorum dominatrices multum utique ad animæ proprietates conferre potuerunt. Simili pacto, & ſtellarum, quæ in rem, de qua agimus, facere videntur configurationes, ad Solem, cardinesq; efformatæ; necnon, & propria ſtellarum qualitas, qua quæque in inclinationes animæ propendet. In univerſum itaque tropica ſigna efficiunt homines ingenio rebus publicis magis addictos, quarum etiam negotia, & forenſes turbas ambiunt, gloriæ cupidos, rebus divinis continuo vacantes, ingenioſos, ſolertes, indagatores, inventores, conjecturis perſpicaces, Aſtrologiæ, & divinationis ſtudioſos. Bicorporea facient varios, verſutos, deprehenſu difficiles, leves, inſtabiles, duplices, amatorios, verſipelles, muſices ſtudioſos, ſegnes, facile ſibi neceſſaria aucupantes, ad pænitendum pronos. Fixa juſtos, ab aſſentatione alienos, conſtantes, firmos, prudentes, tolerantes, laborioſos, duros, continentes, ſimultatum tenaces, cœpti operis

τὴν ἐπικράτειαν αὐτῶν, πολὺ δύνανται συμβάλλεσθαι πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς ἰδιώματα. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἐχόντων λόγον τινὰ πρὸς τὸ προκείμενον εἶδος ἀστέρων οἱ σχηματισμοὶ, οὓς ποιοῦνται πρός τε ☉ καὶ τὰ κέντρα· ἔτι δὲ καὶ ἡ ἰδιοτροπία τῆς φύσεως τῶν ἀστέρων, ἣν ἕκαστος ἔχει πρὸς τὰς ψυχικὰς κινήσεις. Καθόλου τοίνυν τὰ μὲν τροπικὰ ζώδια, πολιτικωτέρας ποιεῖ τὰς ψυχὰς, καὶ ἐπιθυμούσας πράγματα ὀχλητικὰ καὶ πολιτικὰ, καὶ φιλοδόξους, καὶ πρὸς τὸ θεῖον προσαπλεκομένους. εὐφυεῖς τε καὶ ὀξεῖς, καὶ ζητητικοὺς, καὶ εὑρετικοὺς, καὶ εἰκαστικοὺς, καὶ ἀστρολογικοὺς, καὶ μαντικούς. Τὰ δὲ δίσωμα, ποιεῖ ποικίλους, εὐμεταβόλους, δυσκαταλήπτους, κούφους, εὐμεταθέτους, διπλοῦς, ἐρωτικοὺς, πολυτρόπους, φιλομούσους, ῥαθύμους, εὐπορίστους, μεταμελητικούς. Τὰ δὲ στερεὰ ποιεῖ δικαίους, ἀκολακεύτους, ἐπιμόνους, βεβαίους, συνετοὺς, ὑπομονητικοὺς, φιλοπόνους, σκληροὺς, ἐγκρατεῖς, μνησικάκους,

κους, ἐκβιβαστικοὺς, ἐριστικοὺς, φιλοτίμους, στασιώδεις, πλεονεκτικοὺς, ἀμεταθέτους. οἱ δὲ σχηματισμοὶ οἱ ἀνατολικοὶ καὶ οἱ κατὰ τὴν ὡροσκοπίαν, καὶ μάλιστα ὅτε ἰδιοπροσωποῦσιν, ποιοῦσιν ἐλευθερίους, καὶ ἁπλοῦς, καὶ αὐθάδεις, καὶ ἰσχυροὺς, καὶ εὐφυεῖς, καὶ μηδὲν κρυπτὸν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχοντας, καὶ ὀξεῖς. οἱ δὲ ἀνατολικοὶ στηριγμοὶ, καὶ αἱ μεσουρανήσεις ποιοῦσιν διανοητικοὺς, ἐπιμόνους, μνημονικοὺς, βεβαίους, συνετοὺς, μεγαλόφρονας, καὶ πρὸς ἅπερ ἂν θέλωσιν ἐπιτυγχάνοντας, ἀτρέπτους, δυνατοὺς, σκληροὺς, ἀνεξαπατήτους, κριτικοὺς, δραστηρίους, κολαστικοὺς, ἐπιστημονικούς. οἱ δὲ προηγούμενοι σχηματισμοὶ καὶ οἱ δυτικοὶ, ποιοῦσιν εὐμεταθέτους, ἀσεβαίους, ἀσθενεῖς, πόνον μὴ φέροντας, ἐμπαθεῖς, ταπεινοὺς, δειλοὺς, ἀμφιβόλους, θρασυδειλοὺς, νωθροὺς, βλακώδεις, δυσκινήτους. οἱ δὲ δυτικοὶ στηριγμοὶ καὶ αἱ μεσουρανήσεις αἱ ὑπὸ γῆν, ὁμοίως δὲ καὶ ☿ καὶ ♀ ἐν μὲν ἡμέρᾳ ἑσπερινὰς ποιούμενοι τὰς δύσεις, ἐν δὲ νυκτὶ ἀνατέλλοντες, ποιήσουσιν

prosecutores, contentiosos, ambitiosos, seditiosos, alieni raptores, pertinaces. Configurationes orientales, & quæ in horoscopo fiunt; & præcipue si in propria persona consistant, liberales, simplices, præfractos, fortes, solertes, nihil in animo occultantes, veloces. Orientales stationes, & cœli fastigium ingeniosos, stabiles, memores, firmos, prudentes, magnanimos, eorũ semper compotes quæ sibi animo proposuerint, immutabiles, robustos, duros, deceptu minime faciles, judiciosos, impetuosos, scelerum vindices, scientiis idoneos. Præcedentes configurationes, & occiduæ, instabiles, impios, imbelles, impatientes, affectibus audientes, abjectos, humiles, ambiguos, minaces, & timidos, segnes, fatuos, difficiles. Occiduę stationes, & imum cœli, necnon Mercurius, & Venus, interdiu quidem vespertini occumbentes, noctu nascentes, efficient in-

genio-

geniosos, & prudentes, non nimis memores, neque laborum patientes, rerum occultarum vestigatores; veluti magicorum, sacrorum, & mysteriorum, studiosos, mechanicos, instrumentis conficiendis aptos, meteororum studio, & Philosophiæ addictos, augures, somniorum interpretes.

Præterea si stellæ dominantes in propriis locis, & propriis conditionibus fuerint, animi affectus procreant puros, non impeditos, fortunatos; & potissimum cum simul amborum locorum iidem fuerint domini, hoc est cum ad Mercurium quomodolibet se configurarint; defluxum vero, vel conjunctionem Lunæ habuerint; si autem non ita dispositi fuerint, sed loca aliena obtinuerint, propriæ naturæ qualitatem animis imprimunt, non ita tamen validam, nec satis apertam, sed imbecillem admodum, nihilque profuturam. Dominantium, aut elevatarum proprietates in

εὐφυεῖς μὲν καὶ φρονίμους, οὐ λίαν δὲ μνημονικοὺς, οὐδὲ φιλοπόνους, τῶν δὲ ἀποκρύφων διερευνητικούς· οἷον μαγικοὺς, μυστηριώδεις, μηχανικούς τε, καὶ ὀργανικοὺς, καὶ μετεωρολογικοὺς, φιλοσόφους, οἰωνοσκοπικοὺς, ὀνειροκριτικούς.

Ἔτι δὲ, ἐὰν οἱ ἔχοντες τὴν κυριότητα ἀστέρες ἐν τόποις ἰδίοις, καὶ οἰκείαις αἱρέσεσιν ὑπάρχωσιν, ποιήσουσι τὰ ψυχικὰ ἰδιώματα ἀκριβῆ, καὶ ἀνεμπόδιστα, καὶ ἐπιτυγχάνοντα, καὶ μάλιστα ὅτ' ἂν τῶν δύο τόπων ἅμα οἱ αὐτοὶ ἐπικρατήσωσι, τοῦτ' ἔστιν ὅτ' ἂν πρὸς μὲν τὸν τοῦ ☿ οἵῳ δήποτε τρόπῳ συσχηματίζωνται, τὴν δὲ ἀπόρροιαν ἢ τὴν συναφὴν τῆς ☽ ἐπέχωσιν. εἰ δὲ μὴ οὕτως διάκεινται, ἀλλὰ εἰσὶν ἐν τόποις οὐκ ἰδίοις, τῆς μὲν ἑαυτῶν φύσεως τὴν ἰδιοτροπίαν πρὸς τὴν ψυχικὴν προσάγουσιν ἐνέργειαν, ἀλλ' οὐχὶ μετὰ δυνάμεως, οὐδ' ἐμφανῆ λίαν, ἀμυδρῶς δὲ καὶ μὴ ἐρχομένην εἰς προκοπήν. τῶν δὲ κρατούντων ἢ καθυπερτερούντων ἡ ἰδιοτροπία, αὐτὴ καὶ πρὸς τὴν

ψυχικὴν

ψυχικὴν ἐνέργειαν μετὰ δυνάμεως ἐμβάλλει. οἷον οἱ διὰ τὴν οἰκείωσιν τῶν κακοποιῶν ὑπάρχοντες πονηροὶ καὶ ἄδικοι, ἀνεμπόδιστον ἔχουσι τὴν ὁρμὴν εἰς τὸ κακοποιεῖν, ὅτ' ἂν ὑπὸ μηδενὸς ἐναντίου κατακρατῆται ἡ οἰκείωσις. εἰ δὲ ἡ ἐναντία αἵρεσις ἐμποδίσει τὴν οἰκείωσιν καὶ κατακρατήσει, κωλύεται ἡ ὁρμὴ καὶ εὐάλωτοι γίνονται, καὶ τιμωρίαν ὑπέχοντες. πάλιν δὲ οἱ διὰ τὴν πρὸς τοὺς εἰρημένους τόπους οἰκείωσιν τῶν ἀγαθοποιῶν ὑπάρχοντες ἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι, μηδενὸς καθυπερτεροῦντος ἐναντίου, εἰσὶν ἐν χαρᾷ καὶ εὐθυμίᾳ εὐεργετοῦντες καὶ εὖ ποιοῦντες, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἀδικοῦνται, ἀλλ' ἔχουσιν ὠφελίμως ἑαυτοῖς τὴν δικαιοσύνην. ὑπὸ δὲ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως κατακρατουμένης τῆς οἰκειώσεως, συμβαίνει αὐτοῖς δι' αὐτὸ τὸ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον, εἶναι εὐκαταφρονήτους, καὶ μεμπτοὺς, καὶ ὑπὸ τῶν πλειόνων ἑτοίμους ἀδικεῖσθαι.

animum fortiter imprimitur. veluti eorum, qui maleficarum societate pravi, injustique sunt, impetus ad malefaciendum non compescitur, cum à nullo contrario familiaritas impediatur. Sed si contraria conditio familiaritatem impedierit, & superarit, impetus comprimitur, & facile capiuntur, & pœnas dant. Rursus propter ad prædicta loca beneficarum cognationem boni, justique, si nullum contrarium devincat, sunt in gaudio, & lætitia, benefacientes aliis, officiaque præstantes, & à nullo injuria afficiuntur; quinimo justitiam utilem sibi ipsis etiam experiuntur. Verum à contraria conditione familiaritas illa superata, ipsi pro sua mansuetudine, & humanitate despectui habebuntur criminationibus, plurimorumque injuriis expositi. Generalis itaque de moribus consideratio hæc sit.

Particulares vero qualitates ex ipsa stellarum na-

ἡ μὲν οὖν καθολικὴ περὶ τῶν ἠθῶν ἐπίσκεψις τοιαύτη.

Τὰς δὲ μερικὰς ἰδιοτροπίας, ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν ἀστέ-

tura secundum uniuscujusque dominium in animæ operationes inditas mox dicemus. Saturni igitur stella sola dominium animæ nacta, & Mercurium, ac Lunam pro libidine moderans, si gloriosus ad mundi positum, & cardines fuerit, facit proprii corporis amatores, ingenio pertinaces, corde alta machinantes, tetricos, non ut alii sentientes, laboriosos, imperiosos, facinorum vindices, rei alienæ raptores, avaros, violentos, thesauros colligentes, invidos. Si obscure se habeat ad mundi situm, & cardines, facit sordidos, parcos, abjectos, mala machinantes, indifferentes, lividos, timidos, maledicos, solitarios, in lacrymas, & ejulatus pronos, impudentes, superstitiosos, laboriosos, immites, amicorum insidiatores, nunquam gaudiis se oblectantes, corporis proprii hostes.

Ad Jovem modo jam dicto similiter conformatus, si præclare se habet, efficit bonos, honorem debitum

ρων κατὰ τὴν ἑκάστου κυριότητα γινομένας πρὸς τὰς ψυχικὰς ἐνεργείας ἐφεξῆς ἐροῦμεν. ὁ μὲν οὖν ἀστὴρ τοῦ ♄ μόνος ἔχων τὴν οἰκοδεσποτείαν τῆς ψυχῆς, καὶ κατακρατῶν τοῦ ☿ καὶ τῆς ☽, εἰ μὲν ἐστιν ἐνδόξη πρός τε τὸ κοσμικὸν καὶ τὰ κέντρα, ποιήσει φιλοσωμάτους, ἰσχυρογνώμονας, βαθυκαρδίους, αὐστηρούς, μονογνωμοῦντας, μοχθοῦντας, ἐπιτακτικούς, κολαστικούς, πλεονέκτας, φιλοχρημάτους, βιαίους, θησαυρίζοντας, φθονερούς. Εἰ δὲ μὴ ἐνδόξως ἔχει πρὸς τὸ κοσμικὸν καὶ τὰ κέντρα, ποιεῖ χυδαίους, κνιπούς, μικροψύχους, κακογνώμονας, ἀδιαφόρους, βασκάνους, δειλούς, κακολόγους, φιλερήμους, φιλοθρήνους, ἀναιδεῖς, δεισιδαίμονας, φιλομόχθους, ἀστόργους, ἐπιβουλευτικοὺς τῶν οἰκείων, οὐκ εὐφραινομένους, μισοσωμάτους.

Πρὸς δὲ τὸν τοῦ ♃ κατὰ τὸν εἰρημένον συνοικειούμενος τρόπον ὁμοίως. ὁμοίως πάλιν ἐνδόξως μὲν ἔχων ποιεῖ ἀγαθούς, τιμητικούς,

καλο-

καλογνώμονας, βοηθοὺς, κριτικοὺς, φιλοκτήμονας, μεγαλοψύχους, μεταδοτικοὺς, εὐπροαιρέτους, φιλοικείους, πράους, συνετοὺς, μακροθύμους, ἐμφιλοσόφους. ἀδόξως δὲ διακείμενος ποιεῖ μανιώδεις, ἀπαιδεύτους, δειλοὺς, δεισιδαίμονας, μυστηρίων ἀφυλάκτους, ὑπόπτους, μισοτέκνους, ἀφίλους, ὑπούλους, ἀκρίτους, ἀπίστους, μωροκάκους, ὀργίλους, ὑποκριτικοὺς, ἀπράκτους, ἀφιλοτίμους, μεταμελητικοὺς, αὐστήρους, δυσπροσίτους, εὐλαβητικοὺς, ῥαθύμους. Πρὸς δὲ τὸν τοῦ ♂ συνοικειούμενος, ἐνδόξως μὲν διακείμενος, ποιεῖ ἀδιαφόρους, πολυμόχθους, παρρησιαστικοὺς, ὀχληροὺς, θρασυδείλους, αὐστηροὺς ἐν ταῖς πράξεσιν, ἀνελεήμονας, καταφρονητικοὺς, τραχεῖς, πολεμικοὺς, τολμήτας, φιλοθορύβους, δολίους, ἐνεδρευτικοὺς, δυσοργήτους, ὀχλοκόπους, τυραννικοὺς, πλεονέκτας, μισοπολίτας, φιλονείκους, μνησικάκους, βαθυπονηροὺς, δρα-

aliis deferentes, honeſta ſentientes, auxiliatores, cenſores parcos, magnanimos, officioſos, ad optima quæque ſe applicantes, domeſticorum amatores, mites, prudentes, tolerantes, & vere Philoſophos. Si infeliciter poſitus ſit, furioſos, ineptos, timidos, ſuperſtitioſos, myſteriorum deſertores, ſuſpicaces, liberorum oſores, amicorum negligentes, verſipelles, ſine judicio, ſine fide, ſtulte morigeros, iracundos, ſimulatores, fruſtra conantes', honorum deſpectores, mutabiles, rigidos, difficiles, nimium pios, ſegnes. Cum Marte familiariter conjunctus in locis bonis facit, nulli acquieſcentes, valde laborioſos, libere loquentes, turbulentos, audaces, & timidos, in actionibus rigidos, immites, deſpectores, ruſticos, bellicoſos, periculorum contemptores, ſeditioſos, doloſos, inſidiatores, implacabiles, ſeductores, tyrannicos, rerum alienarum raptores, civium hoſtes, contentioſos, injuriarum memores, inſigniter improbos, faci-

noroſos,

noroſos, impatientes, graves, duros, glorioſos, maleficos, injuſtos, nulli cedentes, humano generi hoſtes, immutabiles, inflexibiles, curioſos, in rebus agendis induſtrios pluribus ſe negotiis implicantes, invictos, non habentes irritos impetus. Si infeliciter ſitus fuerit, raptores, prædones, falſarios, ærumnoſos turpia lucra ſectantes, deum contemptores, inhumanos, injurios, inſidiatores, fures, perjuros, homicidas inconceſſa vorantes, facinoroſos, parricidas, veneficos, ſacrilegos, impios, ſepulchrorum effoſſores, & omnino ſceleratos. Cum Venere conciliatus ſimiliter, ſi in locis fauſtis ſit, facit mulieres abhorrentes, dominationis cupidos, ſolitarios, difficiles, honorum contemptores, pulchritudinis oſores, invidos, auſteros, inſuaves in congreſſibus, tantum quæ non alii ſentientes, fatidicos, cæremoniis, myſteriis, initiiſque addictos, ſacrificulos, fanaticos, ſacris ſervientes,

στικοὺς, ἀνυπομονήτους, σοβαροὺς, χαλεποὺς, καυχωμένους, κακωτικοὺς, ἀδίκους, ἀκαταφρονήτους, μισανθρώπους, ἀτρέπτους, ἀμεταθέτους, πολυπράγμονας, δυναμένους ἀναστρέφεσθαι ἐν πράγμασι, καὶ πρακτικοὺς, καὶ ἀκαταγωνίστους, καὶ ὅλως οἷς ἐπιχειροῦσιν ἐπιτυγχάνοντας. Εἰ δὲ ἀδόξως διακεῖται, ποιήσει ἅρπαγας, λῃστὰς, νοθευτὰς, κακοπαθεῖς, αἰσχροκερδεῖς, ἀθέους, ἀστόργους, ὑβριστὰς, ἐπιβουλευτικοὺς, κλέπτας, ἐπιόρκους, μιαιφόνους, μιαροφάγους, κακούργους, ἀνδροφόνους, φαρμάκους, ἱεροσύλους, ἀσεβεῖς, τυμβορύχους, καὶ ὅλως παγκάκους. Πρὸς δὲ τὴν τῆς ♀ συνοικειούμενος, ὁμοίως πάλιν μετὰ δόξης ὢν, ποιεῖ μισογυναίους, φιλαρχαίους, φιλερήμους, δυσπροσίτους, ἀφιλοτίμους, μισοκάλους, φθονεροὺς, αὐστηροὺς, μὴ συμπεριφερομένους, μονογνώμονας, μαντικοὺς, περὶ θρησκείας καὶ μυστήρια καὶ τελετὰς διακειμένους, ἱεροποιοὺς, ἐνθέους, θεοπροσπλόκους, σεμνούς τε

καὶ ἐν-

καὶ ἐντρεπτικοὺς, καὶ αἰδήμονας, καὶ φιλοσόφους, πιστοὺς πρὸς συμβίωσιν, καὶ ἐγκρατεῖς, διανοητικοὺς, εὐλαβεῖς, ἀγανακτικοὺς, καὶ πρὸς γυναῖκας ζηλοτύπους. ἀδόξως δὲ διακείμενος, ποιεῖ λάγνους, ἀσελγεῖς, αἰσχροποιοὺς, ἀδιακρίτους, καὶ καθαροὺς πρὸς τὰς συνουσίας, ἀνάγνους, ἐπιβουλευτικοὺς προσώπων θηλυκῶν, καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων, σαθροὺς, ψογεροὺς, καταφερεῖς, μισοκάλους, κακολόγους, μεθύσους, λατρευτικοὺς, ὑπονοθευτὰς, ἀσεβεῖς, θεῶν καταφρονητὰς, μυστήρια καὶ ἱερὰ διασύροντας, διαβολικοὺς, φαρμακοὺς, πάντα ποιοῦντας. Συνοικειωθείς τε τῷ ☿ ♀, ἐπὶ μὲν ἐνδόξου διαθέσεως, ποιεῖ περιέργους, φιλολάλους, νόμων ζητητικοὺς, φιλοιάτρους, μυστικοὺς, ἀποκρύφων μετόχους, τερατοποιοὺς, παραλογιστὰς, ἐφημερουσίους, ἐντρεχεῖς, διοικητικοὺς πραγμάτων, καὶ ὀξύφρονας, περιπίκρους, καὶ ἀκριβεῖς, νήφοντας, φιλοφρονητικοὺς, φιλοπράκτους, ἐπιτευκτικούς· διακείμενος δὲ

graves, verecundos, venerandos, Philoſophos, fidos in amicitiis, continentes, ingenioſos, pietatis cultores, quærulos, & pro mulieribus zelotypos. Si infeliciter conſtitutus ſit, facit ſalaces, libidinoſos, flagitioſis libidinibus infames, indiſcretos, in congreſſu impuros, immundos, mulieribus inſidiantes, & potiſſimum domeſticis, putres, contumelioſos, pronos, pulchritudinis inimicos, obtrectatores, ebrioſos, ſuperſtitioſos, falſarios, impios, deûm contemptores, myſteriorum, ac ſacrorum deriſores, calumniatores, veneficos, omnia audentes. Cum Mercurio conciliatus in locis laudatis, facit curioſos, loquaces, de legibus diſſerentes, medicinæ ſtudioſos, ſecretos, arcanorum conſcios, portentorum factores, deceptores, in diem viventes, aſperos, rerũ procuratores, cogitatione veloces, amarulentos, exquiſitos, ſobrios, ſedulos, laborum cupidos, feliciter conantes. Infeliciter ſitus,

nugaces, injuriarum memores, laborioſos, domeſticorum oſores, tormentorum amatores, nunquam ſe oblectantes, noctivagos, inſidiatores, proditores, immiſericordes, fures, magos, veneficos, falſarios, facinoroſos, improſpero proceſſu conantes, & in contrarium faciliter impingentes; & hæc quidem à Saturno imprimuntur. Jupiter ſolus dominationem animi nactus in felici ſitu, facit magnanimos, gratos, pietatis cultores, honorem aliis exhibentes, prodigos ſui, humanos, magnificos, liberales, juſtos, ad grandia quæque aſpirantes, venerandos, ſua agentes, miſericordes, eruditos, beneficos, benevolos, dignitates anhelantes. Infeliciter ſitus hæc eadem influit, ſed debiliora, & occultiora, velut pro magnificentia prodigalitatem, pro religione ſuperſtitionem, pro verecundia timorem, pro gravitate tumorem, pro humanitate ſtoliditatem, pro

ἀδόξως, ποιεῖ ληρώδεις, μνησικάκους, ἐπιμόχθους, μισοιδίους, φιλοβασάνους, οὐκ εὐφραινομένους, νυκτοβίους, ἐνεδρευτικούς, προδότας, ἀσυμπαθεῖς, κλέπτας, μαγικούς, φαρμακούς, πλαστογράφους, ῥᾳδιούργους, ἀποτυγχάνοντας ἐν οἷς ἐπιχειροῦσιν, καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον εὐκόλως ἐμπίπτοντας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ ♄. ὁ δὲ τοῦ ♃ μόνος ἔχων τὴν οἰκοδεσποτείαν τῆς ψυχῆς, μετὰ μὲν ἐνδόξου διαθέσεως, ποιεῖ μεγαλοψύχους, χαριστικούς, θεοσεβεῖς, τιμητικούς, ἀπολαυστικούς, φιλανθρώπους, μεγαλοπρεπεῖς, ἐλευθερίους, δικαίους, μεγαλόφρονας, σεμνούς, ἰδιοπράγμονας, ἐλεήμονας, φιλολόγους, εὐεργετικούς, φιλοστόργους, ἡγεμονικούς. διακείμενος δὲ ἀδόξως, ποιεῖ μὲν τὰ ὅμοια δοκεῖν ἐνεργεῖν τὰς ψυχάς, ἀμυδρότερον δὲ καὶ ἀφανέστερον. οἷον ἀντὶ μὲν μεγαλοψυχίας ποιεῖ ἀσωτίαν, ἀντὶ θεοσεβείας δεισιδαιμονίαν, ἀντὶ αἰδοῦς δειλίαν, ἀντὶ σεμνότητος οἴησιν, ἀντὶ φιλανθρωπίας κουφότητα, ἀντὶ φιλοκα-

φιλοκαλίας φιληδονίαν, ἀντὶ μεγαλοφροσύνης βλαβείαν, ἀντὶ ἐλευθερότητος ἀδιαφορίαν.

Πρὸς δὲ τὸν τοῦ ♂ συνοικειούμενος, μετὰ δόξης μὲν ὑπάρχων, ποιεῖ τραχεῖς, μαχίμους, στρατηγικούς, διοικητικούς, ἀνυποτάκτους, θερμούς, παραβόλους, παρρησιαστικούς, ἐμπράκτους, ἐλεγκτικούς, φιλονείκους, ἀρχικούς, μεγαλοψύχους, φιλοτίμους, θυμικούς, κριτικούς, ἐπιτευκτικούς. ἀδόξως δὲ διακείμενος, ποιεῖ ὑβριστάς, ἀδιαφόρους, ὠμούς, ἀσυμπαθεῖς, στασιώδεις, ἐριστικούς, μονοτόνους, διαβόλους, οἴησιν ἔχοντας, πλεονέκτας, ἅρπαγας, εὐμεταβλήτους, κούφους, ἀστάτους, προπετεῖς, ἀπίστους, ἀκρίτους, ἀγνώμονας, ἐκστατικούς, ἐμπράκτους, μεμπτικούς, ἀσώτους, ληρώδεις, καὶ ὅλως ἀνωμάλους καὶ παρακεκινημένους.

Πρὸς δὲ τὴν τῆς ♀ συνοικειούμενος, μετὰ μὲν ἐνδόξου διαθέσεως, ποιεῖ καθαρείους, ἀπολαυστικούς, φιλοκάλους, φιλοτέκνους,

nitore voluptates, pro animi celſitudine ſocordiam, pro liberalitate negligentiam.

Marti conciliatus in locis bonis, facit aſperos, pugnaces, militares, adminiſtratores, ſubdi neſcios, impetuoſos, audaces, libere loquentes, negotioſos, criminatores, ſeditioſos, furioſos, ingenioſos, gnavos in imperiis, magnanimos, honores affectãtes, feliciter conantes. In locis infelicibus ſitus, facit injurios, ſui negligẽtes, crudeles, immiſericordes, ſeditioſos, contentioſos, pervivaces, calumniatores, auram vulgi aucupantes, alieni avidos, rapaces, inconſtantes, leves, cito mutantes propoſita, temerarios, infidos, nullo judicio, nulla cognitione, turbulentos, factioſos, quærulos, libidinoſos, nugaces, & ſummatim inæquales, enormes, & ad omnia pronos.

Cum Venere conciliatus, ſi felix poſitus fuerit, facit mundiciei amatores, ſe cum aliis communicantes, pulchritudinis ſtudioſos, liberorum curatores,

doctrinarum avidos, cantionibus deditos, amicis utiles, ſimplices, beneficos, mites, non aſtutos, deorum cultores, exercitatores, certamina ambientes, ſapientes, amantes, & amatos, lepidos, graves, ſplendidos, gratos, liberales, ingenioſos, moderatos, modeſtos, pios, juſtitiæ obſervatores, ambitioſos, & in ſumma honeſtos, & laudatos. Si male poſitus fuerit, delitiis deditos, molles, effeminatos, ſaltatores, ſumptuoſos, muliebres, amatorios, libidinoſos, in Venerem pronos, obtrectatores, adulteros, comptos, delicatos, ſegnes, impudicos, patientes, ornatui nimis indulgentes, ingenio muliebri, ſacrorum tenaces, arcanorum occultatores, fidos, ingenuos, lepidos, faciles, affabiles, & in aliorum infortuniis liberales. Mercurio conciliatus in locis bonis, facit multorum negotiorum gnaros, litterarum amatores, Geometras, Mathematicos, Poëtas, concionatores, ad

φιλομαθεῖς, ᾠδαῖς προσκειμένους, φίλοις χρησίμους, ἁπλοῦς, εὐεργετικοὺς, ἐλεήμονας, ἀκάκους, φιλοθέους, ἀσκητὰς, φιλαγωνιστὰς, φρονίμους, ἀγαπωμένους καὶ ἀγαπῶντας, εὐχαρίτους, σεμνοὺς καὶ λαμπροψύχους, εὐγνώμονας, μεταδοτικοὺς, κριτικοὺς, συμμέτρους, εὐσχήμονας, εὐσεβεῖς, φιλοδικαίους, φιλοδόξους, καὶ ὅλως καλοὺς καὶ ἀγαθούς. ἀδόξως δὲ διακείμενος, ποιεῖ τρυφητάς, ἡδυπαθεῖς, γυναικοψύχους, ὀρχηστικοὺς, δαπανηροὺς, κακογυναίους, ἐρωτικοὺς, λάγνους, καταφερεῖς, λοιδόρους, μοιχοὺς, φιλοκόσμους, ὑποχαύνους, ῥαθύμους, ἀσώτους, ἐπιμόνους, ἐμπαθεῖς, καλλωπιστὰς, γυναικόφρονας, ἱερῶν κρατητὰς, μυστηριώδεις, πιστοὺς, ἀπονήρους, εὐχαρίτους, εὐπροσίτους, εὐδιαγώγους, καὶ πρὸς τὰς συμφορὰς ἐλευθεριωτέρους. Συνοικειωθεὶς δὲ πρὸς τὸν τοῦ ☿, ἐνδόξως μὲν, ποιεῖ πολυπραγμάτους, φιλολόγους, γεωμέτρας, μαθηματικοὺς, ποιητικοὺς, δημηγόρους, εὐφυεῖς,

ἐκφυεῖς, σώφρονας, ἀγαθόφρονας, καλοσυμβούλους, πολιτικοὺς, εὐεργετικοὺς, ἡγεμονικοὺς, εὐσεβεῖς, φιλοθέους, εὐχρηματίστους, φιλοστόργους, φιλοικείους, εὐπαιδεύτους, φιλοσόφους, ἀξιωματικούς. ἀδόξως δὲ διακείμενος τὰ ἐναντία ποιήσει, κουφότητα, ληρώδεις, εὐκαταφρονήτους, διεσφαλμένους, ἐκστατικοὺς, θεοπροσπλόκους, φληνάφους, πικροὺς, προσποιουμένους σοφίαν, ἀνοήτους, ἀλάζονας, ἐπιτηδευτικοὺς, μαγικοὺς, ὑποκεκινημένους, ποιεῖ δὲ καὶ πολυΐστορας καὶ μνημονικοὺς, καὶ διδασκαλικοὺς, καὶ καθαρείους ταῖς ἐπιθυμίαις. Ὁ δὲ τοῦ ♂ μόνος ἔχων τὴν οἰκοδεσποτείαν τῆς ψυχῆς, μετὰ μὲν δόξης, ποιεῖ γενναίους, ἀρχικοὺς, θυμικοὺς, φιλοπολέμους, πολυτρόπους, δυνατοὺς, παραβόλους, τολμητὰς, ἀνυποτάκτους, ἀδιαφόρους, μονοτόνους, ὀξεῖς, αὐθάδεις, καταφρονητικοὺς, τυραννικοὺς, δραστηρίους, ὀργίλους, ἡγεμονικούς. ἀδόξως δὲ διακειμε-

omnia idoneos, sobrios, humanos, consultores optimos, politicos, beneficos, principatus ambientes, pios, deos timentes, opes bonis artibus augentes, amicos, domesticorum benevolos, idoneos disciplinis, Philosophos, majestate venerandos. Si in locis contrariis fuerit opposita, efficit leves garrulos, abjectos, facili negotio aberrantes, attonitos, fanaticos, nugatores, amarulentos, sapientiæ simulatores, stupidos, superbos, artium exercitia tentantes, magos, incompositos; procreat item multiscios, memores, alios erudientes, & in voluptatibus mundiciem amantes. Mars solus dominium animi nactus in locis bonis, efficit generosos, ad principatum propensos, iracundos, bellicosos, versipelles, robustos, confidentes, audaces, servitutem ferre nescios, sine discrimine inter homines vitam agentes, pervicaces, veloces, audaces, contemptores, tyrannicos, facinorosos, iracundos, ad imperandum idoneos. Infelici dispositione collocatus,

tus, truces, injurios, ſanguinis avidos, tumultuoſos, ſumptuoſos, clamatores, percuſſores, temerarios, ebrioſos, raptores, immiſericordes, facinoroſos, mente ſemper anxios, furioſos, domeſticorum oſores, impios. Ad Venerem conciliatus in locis bonis, facit hilares, tractabiles, amicorum ſtudioſos, delitiis deditos, lætos, luſores, ſimplices, tripudiorum ſectatores, amatorios, artifices, immitatores, faciles, fortes, in Venerem proclives, cautos, ſibi caventes, & circumſpectos, congreſſibus fœminarum, & maſculorum infames, iracundos, ſumptuoſos, zelotypos. Si ſecus ſe habeat, oculos eminentes habentes, libidinoſos, molles, contumelioſos, adulteros, injurios, mendaces, doloſos, ſuorum, aliorumque falſarios, cito rem deſideratã, comparatamque faſtidientes, mulierum, virginumque corruptores, temere ſe in pericula conjicientes, impetuoſos, inordinatos, in-

νος, ποιεῖ ὠμοὺς, ὑβριστὰς, φιλαίμους, φιλοθορύβους, δαπανηροὺς, κραυγαστικοὺς, πλήκτας, προπετεῖς, μεθύσους, ἅρπαγας, ἀνελεήμονας, κακούργους, τεταραγμένους, μανιώδεις, μισοῦντας τοὺς οἰκείους, ἀθέους. Πρὸς δὲ τὴν τῆς ♀ συνοικειωθεὶς, ἐνδόξως μὲν, ποιεῖ ἐπιχαρεῖς, εὐαναστρόφους, φιλαιτέρους, ἡδυβίους, χαρμονικοὺς, παιγνιώδεις, ἀφελεῖς, εὐρύθμους, φιλορχήστας, ἐρωτικοὺς, φιλοτέχνους, μιμητικοὺς, ἀπολαυστικοὺς, ἀνδρείους, πρὸς ἀφροδίσια καταφόρους, νουνεχεῖς, δυσελέγκτους, διακελλικοὺς, πρὸς μίξιν θηλείων καὶ ἀρρένων διακειμένους, ὀξυθύμους, δαπανηροὺς, ζηλοτύπους. ἄδοξον δὲ διάθεσιν ἔχων, ποιεῖ ὑψοφθάλμους, λάγνους, καταφερεῖς, χλευαστὰς, μοιχικοὺς, ὑβριστὰς, ψεύστας, δολοπλόκους, ὑπονοθευτὰς τῶν τε οἰκείων καὶ τῶν ἀλλοτρίων. ὀξεῖς δὲ ἅμα καὶ ταχὺ κόρον ἔχοντας τῶν ἐπιθυμιῶν, διαφθορέας γυναικῶν καὶ παρθένων, παραβόλους, θερμοὺς, ἀτάκτους, ἐνεδρευτὰς,

δρευτὰς, ἐπιόρκους, ἐπισφαλεῖς, φρενοβλαβεῖς. ἐνίοτε δὲ καὶ ἀσώτους, καὶ φιλοκόσμους, καὶ θρασεῖς, καὶ ἀσελγεῖς. Πρὸς δὲ τὸν ☿ συνοικειωθεὶς, μετὰ μὲν δόξης, ποιεῖ στρατηγικοὺς, δεινοὺς, δραστηρίους, εὐκινήτους, ἀκαταφρονήτους, πολυτρόπους, εὑρετικοὺς, σοφιστὰς, ἐπιπόνους, πανούργους, περιγλώσσους, ἐπιθετικοὺς, δολίους, ἀστάτους, περινοητικοὺς, κακοτέχνους, ὀξύφρονας, ἐξαπατητὰς, ὑποκριτικοὺς, ἐνεδρευτὰς, κακοτρόπους, πολυπράγμονας, φιλοπονήρους, ἐπιτευκτικοὺς δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὁμοιοτρόπους καλῶς συναναστρεφομένους· καὶ ὅλως τῶν μὲν ἐχθρῶν βλαπτικοὺς, τῶν δὲ φίλων εὐεργετικούς. ἀδόξως δὲ διακείμενος, ποιεῖ δαπανηροὺς, πλεονέκτας, ὠμοὺς, παραβόλους, τολμηροὺς, μεταμελητικοὺς, κεκινημένους, ψεύστας, κλέπτας, ἀθέους, ἐπιόρκους, ἐπιθέτας, στασιώδεις, ἐμπρηστὰς, θεατροκόπους, ἐπονειδίστους, λῃστρικοὺς, τοιχωρύχους, μιαιφόνους, πλαστογράφους,

ſidiatores, perjuros, labiles, mente captos; nonnunquam etiam impudicos, cultibus deditos, audaces, petulantes. Cum Mercurio conciliatus in proſpero ſitu; ad principatus idoneos, timidos, vehementes, facile mobiles, indeſpectos, verſipelles, inventores, ſophiſtas, laborioſos, verſutos, gnavos, invaſores, fraudulentos, inconſtantes, captioſos, malis artibus alios circumvenientes, ingenioſos, deceptores, ſimulatores, inſidiatores, male moratos, curioſos, malorum ſtudioſos, feliciter omnia conantes, & ſui ſimilium conſuetudine jucunde viventes; & in ſumma inimicis nocentes; amicis benefacientes. Si aliter ſitus eſt, ſumptuoſos, rei alienæ cupidos, truces, pericula temere adeuntes, audaces, inconſtantes, mobiles, mendaces, fures, impios, perjuros, invaſores, ſeditioſos, incendiarios, ſpectaculis addictos, infames, prædones, murorum effoſſores, homicidas, falſarios,

facinorosos, veneficos, magos, præstigiatores, parricidas.

Venus sola dominium obtinens in prospero situ, facit blandos, bonos, deliciarum amatores, omnibus expositos, mundos, hilares, saltatores, zelotypos, pravorum hostes, artium studiosos, dei cultores, bene dispositos, faciles, bona somniantes, amicitiæ tenaces, beneficos, mites, immunda quæque abhorrentes, in convictu faciles, facile reconciliabiles, prospero eventu conantes; & in summa desiderabiles. Si secus se habuerit, ignavos, amatores, effæminatos, timidos, discrimina negligentes, proclives in Venerem, reprehensibiles, obscuros, infames.

Cum Mercurio conciliata in locis bonis facit artifices, Philosophos, scientiis idoneos, ad omnia aptos, Poëticos, doctrinarum cupidos, pulchritudinis amatores, bene moratos, faciles, molles, hilares, amicis amicos, pios, prudentes, vafros, bene conjectantes, res absolventes, velociter

ῥαδιούργους, γόητας, μάγους, φαρμακοὺς, ἀνδροφόνους.

Ὁ δὲ τῆς ♀ μόνος οἰκοδεσποτῶν, ἐπὶ μὲν ἐν δόξου διαθέσεως, ποιεῖ προσηνεῖς, ἀγαθοὺς, τρυφητὰς, λογίους, καθαρείους, εὐφροσύνους, φιλορχηστὰς, κακοζήλους, μισοπονηροὺς, φιλοτέχνους, φιλοθέους, εὐσχήμονας, εὐεκτικοὺς, εὐονείρους, φιλοστόργους, εὐεργετικοὺς, ἐλεήμονας, σικχοὺς, ὅ ἐστι συγχαινομένους, εὐσυναλλάκτους, ἐπιτευκτικοὺς, καὶ ὅλως ἐρασμίους. ἐναντίως δὲ διακείμενος, ποιεῖ ῥαθύμους, ἐρωτικοὺς, γυναικώδεις, ἀτόλμους, ἀδιαφόρους, καταφερεῖς, ἐπιψόγους, ἀφανεῖς, καὶ ἐπονειδίστους.

Πρὸς δὲ τῷ τοῦ ☿ ♀ συνοικειωθεὶς, ἐνδόξως μὲν, ποιεῖ φιλοτέχνους, φιλοσόφους, ἐπιστημονικοὺς, εὐφυεῖς, ποιητικοὺς, φιλομαθεῖς, φιλοκάλους, καλοήθεις, ἀπολαυστικοὺς, τρυφεροβίους, χαρμονικοὺς, φιλοφίλους, εὐσεβεῖς, συνετοὺς, πολυμηχάνους, διανοητικοὺς, κατορθωτικοὺς, ταχυμαθεῖς,

μαθεῖς, αὐτοδιδάκτους, ζηλώτας τῶν ἀρίστων, μιμητὰς τῶν καλῶν, εὐστόμους καὶ ἡδυλόγους, εὐαρμόστους, καὶ τὰ ἤθη σπουδαίους, φιλάθλους, ὀρθοὺς, κριτικοὺς, μεγαλόφρονας. πρὸς δὲ ἀφροδίσια, τῶν μὲν πρὸς γυναῖκας ἐγκρατεῖς, πρὸς ἄρρενας δὲ κεκινημένους καὶ ζηλοτύπους. ἐναντίως δὲ διακείμενος, ποιεῖ ἐπιθέτας, πολυμηχάνους, κακοστόμους, ἀστάτους, κακογνώμονας, ἀπαταιῶνας, ταραχώδεις, ψεύστας, διαβόλους, ἐπιόρκους, ὑπούλους, ἐπιβουλευτικοὺς, κακοαναστρόφους, ἀδεξίους, γυναικῶν ὑπονοθευτὰς, καὶ παίδων διαφθορέας, καλλωπιστὰς, ὑποχαύνους, ἐπιψόγους, κακοφήμους, πολυθρυλήτους, πάντα ἐπιχειροῦντας.

Ὁ δὲ τοῦ ♀ μόνος ἔχων τὴν οἰκοδεσποτείαν, ἐπὶ μὲν ἐνδόξου διαθέσεως, ποιεῖ συνετοὺς, ἀγχίνους, νοήμονας, πολυμαθεῖς, εὑρετικοὺς, ἐμπείρους, λογικοὺς, φυσιολόγους, θεωρητικοὺς, εὐφυεῖς, ζηλοτύπους, εὐεργετικοὺς,

discentes, sine doctore sapientes, optimorum æmulatores, bonorum imitatores, eloquentes, dulciloquos, bene compositos, moribus laudabilibus, certaminum cupidos, rectos, judiciosos, magnanimos, in Venerem muliebrem continentes, ad masculam proclives, zelotypos. In contrariis sita, facit invasores, vafros, ore impudico, instabiles, malevolos, deceptores, tumultuosos, mendaces, calumniatores, perjuros, versipelles, insidiatores, veteratores minime dextros, mulierum constupratores, puerorum corruptores, comptos, molles, infames, male diffamatos, publicis criminationibus obnoxios, omnia audentes.

Mercurius solus dominium occupans, in locis laudatis situs, facit prudentes, solertes, intelligentes, multarum rerum peritia instructos, inventores, expertos, Logicæ studiosos, rerum naturalium observatores, speculationi deditos, dociles, zelotypos, beneficos,

ratiocinantes, recte conjectantes, Mathematicis scientiis, & mysteriis addictos, tractabiles. Si in oppositis fuerit, facit versutos. impudentes, obliviosos, impetuosos, leves, facile mutabiles, & quos instituti sæpissime pœniteat, fatuos, stultos, mendaces, nullo discrimine utentes, inconstantes, insatiabiles, alieni cupidos, injustos, & omnino mente labiles, ac temere errantes.

Hæc cum ita se habeant, non minimam opem & Luna confert; nam in Austrini, Borealisque termini flexibus posita animi proprietates, efficit magis varias, versutas, & instabiles, in nodis velocitatem auget, easque magis industrias, & celeres producit; præterea si exoriens erit, & crescente lumine, aptiores, clariores, stabiliores, ac liberiores; si lumine decrescente, aut solis jubare oppressa, hebetiores, languidiores, facilius desistentes à propo-

ἐπιλογιστικοὺς, εὐστόχους, μαθηματικοὺς, μυστηριακοὺς, ἐπιτευκτικούς. ἐναντίως δὲ διακείμενος ποιεῖ πανούργους, προπετεῖς, ἐπιλήσμονας, ὁρμητικοὺς, κούφους, εὐμεταβόλους, μεταμελητικοὺς, μωροκάκους, ἄφρονας, ψεύστας, ἀδιαφόρους, ἀστάτους, ἀπλήστους, πλεονέκτας, ἀδίκους, καὶ ὅλως σφαλεροὺς τῇ διανοίᾳ, καὶ πρὸς τὸ πταίειν ἑτοίμους.

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, συμβάλλεται καὶ ἡ D. ἐν μὲν γὰρ ταῖς καμπαῖς τοῦ τε νοτίου καὶ βορείου πέρατος ὑπάρχουσα, ποιεῖ τὰ ψυχικὰ ἰδιώματα πολυτροπώτερα, καὶ πολυμηχανώτερα, καὶ εὐμεταβολώτερα. ὑπάρχουσα δὲ ἐπὶ τῶν συνδέσμων, ὀξύτερα ποιεῖ, καὶ πρακτικώτερα, καὶ εὐκινητότερα. Ἔτι δὲ ἐν μὲν ταῖς ἀνατολαῖς οὖσα, καὶ πρὸς τῇ αὐξήσει τῶν φώτων, εὐφυέστερα ποιεῖ, καὶ ἐμφανέστερα, καὶ βεβαιότερα, καὶ παρρησιαστικώτερα. ἐν μὲν ταῖς μειώσεσι τῶν φώτων διελσκομένη, ἢ ταῖς κρύψεσι, νωθρότερα ποιεῖ, καὶ ἀμβλύτερα, καὶ μεταμελητικώτερα,

πικώτερα, καὶ εὐλαβέστερα, καὶ ἀφανέστερα.

Συμβάλλεται δὲ καὶ ὁ ☉ συνοικειούμενος τῷ οἰκοδεσπότῃ ψυχικῆς κράσεως. ἐπὶ μὲν τῆς ἐνδόξου διαθέσεως, συνεργῶν πρὸς τὸ δικαιότερον, καὶ πρακτικώτερον, καὶ τιμητικώτερον, καὶ ἁπλῶς ἐν τοῖς καλοῖς. Ἐπὶ δὲ τῆς διαθέσεως ἐναντίας, πρὸς τὸ ταπεινότερον, καὶ ἐπιπονώτερον, καὶ ἀφανέστερον, καὶ ὠμότερον, καὶ μονογνωμονικὸν, καὶ αὐστηρότερον, καὶ ὅλως ἐπὶ τὰ χείρω.

Κεφ. ιθ'.

Περὶ παθῶν ψυχικῶν.

ΤΟῖς ἰδιώμασι τῆς ψυχῆς, ἀκολουθεῖ καὶ ὁ λόγος ὁ περὶ τῶν μεγάλων παθῶν τῆς ψυχῆς. οἷον μανίας, ἐπιληψίας, καὶ τῶν τοιούτων. Καθόλου τοίνυν περὶ τούτων πάλιν, ἐπιτηρεῖν δεῖ τὸν τοῦ ☿ ἀστέρα καὶ τὴν ☽, πῶς διάκεινται πρός τε ἀλλήλους, καὶ τὰ κέντρα. ἔτι δὲ καὶ τοὺς κακοποιούς. Ἐὰν γὰρ ἡ ☽ καὶ ὁ τοῦ ☿ ἀσύνδετοί εἰσι πρὸς ἀλλήλους, ἢ πρὸς τὸν ἀνατολικὸν ὁρίζοντα, καθυπερ-

ſito, timidiores, obſcuriores.

Sol item ſocietate cum ſtella dominante temperamento animi conjunctus conducit; feliciterque poſitus, omnia reddit æquiora, induſtriora, honoratiora, & in ſumma perfectiora. Infeliciter ſitus, abjectiora, moleſtiora, obſcuriora, crudeliora, intractabiliora, aſperiora, & tandem omnia in pejus convertit.

CAP. XIX.

De morbis animæ.

ANimi proprietates tractatio de inſignibus animi morbis, veluti mania, epelepſia, & ſimilibus conſequitur. In genere itaque de his rurſus obſervanda eſt Mercurii ſtella, & Luna, ut ſeſe mutuo habeant, & ad cardines, necnon & ad maleficas. Nam ſi Luna, & Mercurius inter ſe inconjuncti ſunt, vel ad orientalem horizontem ſupe-

rant

rant vero, aut dominantur, aut opponuntur, quæ contrarie noxieque configurantur, varii morbi circa animi qualitatem significantur. Eorum dijudicatio ex stellarum, quæ prius loca occupaverant, qualitate aptissime desumetur. Plerique itaque mediocrium membrorum, ex jam superius expositis qualitatibus animi facile possunt deprehendi. Incrementum namque similium qualitatum mali exuperantiam operatur; quippe non incongrue quispiam morbos, vocaret quoscunque mores immixtos, & à mediocritate, excessu, aut defectu, recedentes. Verumtamen effectus, qui multa, immanique exuperantia excreverunt, & præter naturæ leges quasi morbi intellectualem animi partem, & adpetentem invaserunt; ita discutiendi sunt. Fiunt igitur epileptici, ut plurimum, quicunque nati fuerint, cum Mercurius, & Luna fuerint inconjuncti, vel inter sese, vel ad orientalem

τερῶσιν δὲ ἢ κατακρατῶσιν ἢ διαμηκίζωσιν οἱ ἐναντίως καὶ βλαπτικῶς σχηματιζόμενοι, ποικίλα πάθη περὶ τῆς ψυχικῆς ἰδιοτροπίας συνίσταται. ἡ δὲ διάγνωσις αὐτῶν ἔσω φανερὰ ἐκ τῆς ἰδιοτροπίας τῶν ἀστέρων τῶν προκαταλαβόντων τοὺς τόπους. ἤδη μὲν οὖν τὰ πολλὰ τῶν μετριωτέρων παθῶν ἐκ τῶν εἰρημένων ἔμπροσθεν ψυχικῶν ἰδιωμάτων, καὶ αὐτὰ συνορᾶται. ἡ γὰρ αὔξησις τῶν τοιούτων ἰδιωμάτων, τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κακοῦ ποιεῖ. Καὶ γὰρ τις εἰκότως ἐρεῖ πάθη, ὅσα ἐστὶν ἄκρατα ἤθη, καὶ τῆς μεσότητος ἢ ἐλλείποντα ἢ πλεονάζοντα. ὅμως τὰ πολλὴν καὶ μεγάλην ἔχοντα τὴν ἀμετρίαν, καὶ παρὰ τὴν φύσιν παντελῶς ὥσπερ νοσήματα γινόμενα περὶ τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς, καὶ περὶ τὸ παθητικὸν, τοιαύτην ἔχει τὴν ἐπίσκεψιν. γίνονται μὲν οὖν ἐπιληπτικοὶ ὡς ἐπιπολὺ, ὅσοι ἀσυνδέτων ὄντων ☿ καὶ ☽, ἢ πρὸς ἀλλήλους ἢ πρὸς ἀνατολικὸν ὁρίζοντα,

ὁρίζοντα, καὶ τοῦ ♄ καὶ τοῦ ♂ ἐπικέντρων ὄντων, καὶ κατοπτευόντων τὸ σχῆμα, γίνονται. Ἀλλὰ τοῦ μὲν ♄ οὕτως διακειμένου ἐν ἡμέρᾳ, τοῦ δὲ ♂ ἐν νυκτί. μανικοὶ δὲ γίνονται, ὅτ' ἂν ἐπὶ τῶν αὐτῶν σχημάτων τὸ ἀνάπαλιν συμβαίνῃ· οἷον ὅτε ὁ μὲν τοῦ ♄ ἐν νυκτὶ ἔχῃ τὴν κυριότητα, ὁ δὲ τοῦ ♂ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ μάλιστα ἐν ♋, ἢ ♍, ἢ ♓. δαιμονιόπληκτοι δὲ γίνονται καὶ ὑγροκέφαλοι, ὅτ' ἂν ἡ ☽ ἐπὶ φάσεως οὖσα, ὑπὸ τῶν κακοποιῶν κατακρατῆται· ἀλλ' ὑπὸ μὲν τοῦ ♄ συνοδεύουσα, ὑπὸ δὲ τοῦ ♂ πανσεληνιάζουσα, μάλιστα δὲ ἐν ♐ καὶ ♓. Τῶν μὲν οὖν κακοποιῶν μόνων ἐπικρατησάντων τοῦ σχήματος, καθὼς εἴρηται, ἀνίατα μὲν γίνεται τὰ εἰρημένα τῆς ψυχῆς πάθη. ὅμως δ' οὐκ ἔστιν οὕτως ἐπίσημα, ἀλλὰ ἀσυμφανῆ, καὶ μὴ παραδεικνύμενα. εἰ δὲ οἱ ἀγαθοποιοὶ ὅ,τε ♃ καὶ ἡ ♀ συνοικειωθῶσιν, αὐτοὶ μὲν ἐν τοῖς ἀπηλιωτικοῖς ὄντες μέρεσι κεκεντρωμένοι, τῶν δὲ κακοποιῶν ἐν τοῖς λιβυκοῖς, ἰάσιμα μὲν γίνεται

horizontem, Saturno, & Marte in cardinibus existentibus, & figuram aspicientibus; sed Saturno quidem ita posito interdiu, Marte vero noctu. Furiosi fiunt cum contra, aspectibus accidet; veluti cum Saturnus noctu dominium habeat, Mars interdiu; & præcipue in Cancro, aut Virgine, aut Piscibus. Dæmoniis infestantur, & humido cerebro, cum Luna in suo jubare à maleficis superatur. Sed à Saturno quidem, dum ad solem properat, à Marte dum pleno orbe coruscat; potissimum in Sagittario, & Piscibus. A maleficis itaque solis aspectus superatus, ut dictum est, memorati animi morbi incurabiles fiunt; non tamen ita expositi erunt, sed obscuri, & latentes. Si beneficæ Jupiter, & Venus conjunctæ fuerint, ipsæ quidem in orientalibus locis; veluti in cardinibus sitæ, maleficæ, in occidentalibus, affectus curabiles qui-

dem erunt, sed illustres. Sed in Jove ope medicorum, diæta, & medicamentis sanabuntur; in Venere oraculis, subsidioque numinis. Si beneficæ fuerint in occasu, maleficæ in ortu, & in cardinibus affectus insanabiles erunt; & passim celebrati, & manifesti. Et epileptici assidue id patiuntur, & periculis læthalibus exponuntur: furiosi extra se exeunt, & loco stare nesciunt, proripiuntque se ab amicis, & corporibus nudati, nugatia effundunt; & sic vitam peragunt. Oppressi à dæmonibus, & humoribus cerebro oppleti, furentes insaniunt, & obscura enunciant, & verberibus petunt. Lota item, quæ figuram continent, furores adaugent; Solis scilicet, & Martis, epilepsias Jovis, & Mercurii, afflatus, & mentis consternationes Veneris; Saturni loca, & Lunæ ad dæmonum vexationes, & humorum cerebri conturbationes maxime conducunt.

τὰ παθήματα, ἐπιφανῆ δέ. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ ♃, ἰαθήσεται διὰ θεραπείας ἰατρικῆς, καὶ ὑπὸ διαίτης, καὶ φαρμακείας· ἐπὶ δὲ τῆς ♀ διὰ χρησμῶν, καὶ βοηθείας τῆς ἐκ τοῦ θείου. εἰ δὲ τῶν ἀγαθοποιῶν δυνόντων, οἱ κακοποιοὶ ἐν τοῖς ἀπηλιωτικοῖς μέρεσιν εὑρεθῶσιν κεκεντρωμένοι, ἀνίατα γίνεται τὰ πάθη, καὶ ἐπιφανέστατα, καὶ οἱ μὲν ἐπιληπτικοὶ συνεχῶς τοῦτο πάσχουσι, καὶ κινδύνοις θανατικοῖς περιπίπτουσιν. οἱ δὲ μαινόμενοι, ἐξίστανται καὶ ἀκαταστατοῦσι, καὶ ἀπαλλοτριοῦνται τῶν οἰκείων, καὶ γυμνοὶ καὶ φλυαροῦντες διάγουσιν. οἱ δὲ δαιμονιόπληκτοι καὶ ὑγροκέφαλοι ἐνθουσιῶσι, λέγοντες ἄδηλα, καὶ αἰκίζοντες. καὶ οἱ τόποι δὲ οἱ περιέχοντες τὸ σχῆμα, συνεργοῦσι πρὸς μὲν τὰς μανίας, οἱ τοῦ ☉ καὶ οἱ τοῦ ♂. πρὸς δὲ τὰς ἐπιληψίας, οἱ τοῦ ♃ καὶ οἱ τοῦ ☿. πρὸς δὲ τοὺς ἐνθουσιασμοὺς, οἱ τῆς ♀. οἱ δὲ τοῦ ♄ τόποι, καὶ οἱ τῆς ☽, πρὸς τὰς δαιμονιοπληξίας, καὶ τὴν τῆς κεφαλῆς ὑγρότητα.

Ἡ μὲν

Ἡ μὲν οὖν περὶ τὸ ποιητικὸν τῆς ψυχῆς, τοῦτ' ἔστι κατὰ τὸν νοῦν γινομένη νοσώδης παραλλαγή, τοιαύτη καὶ διὰ τοιούτων ἀποτελεῖται σχημάτων. ἡ δὲ περὶ τὸ παθητικὸν ἐξαίρετος παραλλαγή, τοῦτ' ἔστι κατὰ τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς μέρος, ἐν τῇ κατὰ γένος φαίνεται μάλιστα ὑπερβολῇ καὶ ἐλλείψει, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ τοῦ ἄρρενος καὶ θήλεος· ὃ ἑκάτερον τούτων γένος τοῦ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἁρμόζοντος ὑπερβάλλει ἢ ἐλλείπει. Ἔστιν δὲ καὶ τούτου ἡ διάγνωσις τοιαύτη. ὅτ' ἂν ὁ ☉ μετὰ τῆς ☽ ὑπάρχῃ ἀντὶ τοῦ ☿, καὶ ὁ ♂ μετὰ τῆς ♀ συνοικειοῦται πρὸς αὐτούς, ἐὰν μόνα τὰ φῶτα ἐν ἀρσενικοῖς ζωδίοις εὑρεθῇ, οἱ μὲν ἄνδρες ὑπερβάλλουσι τοῦ κατὰ φύσιν, ἤτοι τὰ ἀνδράσι πρέποντα μεθ' ὑπερβολῆς ἔχουσιν· αἱ δὲ γυναῖκες πρὸς τὸ παρὰ φύσιν ἔχουσι τὴν παραλλαγήν, εἰς τὸ ἀνδρικώτερον καὶ δραστικώτερον καθιστάμεναι. ἐὰν δὲ καὶ ὁ τοῦ ♂, καὶ ὁ τῆς ♀, εἰ ἀμφότεροι ἢ εἷς ἐξ αὐτῶν ὑπάρχῃ ἀρσενικῶς διακείμενος, οἱ μὲν ἄν-

